

1321 .

Libavii Andreae.

Commentariorum Alchimiae (1).

.

Saurius Ioannes. Francofvrti.

1606 .

Avertissement au lecteur.

Le format de ce document est une photocopie texte, c'est-à-dire est exactement conforme à l'original, au caractère près. Ainsi la pagination, le nombre de lignes par page et le nombre de caractères par ligne est respecté, permettant ainsi une recherche facile des références citées par d'autres auteurs. Seules les pages blanches sont supprimées pour faciliter la lecture.

Les éventuelles erreurs d'orthographe, de numéro de page, etc... du document sont en principe identiques à l'original. Cependant malgré le soin apporté à la mise en texte de cet ouvrage, il peut subsister des différences par rapport au texte original. En effet la procédure de création de ce fichier texte, à partir du livre original, nécessite un grand nombre d'opérations délicates, laissant place à d'éventuelles erreurs.

En cas de doute, prenez le soin de vérifier sur le texte original du livre papier.

(C) Copyright 2020 by Jean Pierre Donabin. Site : livres-d-hermes.fr

D. O. M. A.
COMMENTARIORVM
ALCHYMIÆ
ANDREÆ LIBAVII MED. D.

PARS PRIMA,
SEX LIBRIS DECLARATA:
CONTINENS EXPLICATIONEM
OPERATIONVM CHYMICARVM PRIORIS
ARTIS LIBRO COMPREHENSARVM, AD-

JECTIS FORNACVM ET ALIORVM VASORVM FIGV-

ris, partim ex impressis antehac autocibus, partim aliunde acce-
ptis, & ex latibulis officinarum productis.

*PRÆMISSA EST DEFENSIO ALCHEMIÆ ET
refutatio obiectionum ex Censura scholæ Parisiensis, quæ licet videri
nolit hanc Alchemiam, sed Quercetani damnasse, nimis ta-
men frigide de arte sentit, eaq; proponit, quæ in ludibri-
um & ignominiam artis simpliciter possunt
conuerti, nec sonant aliter:*

PAG. 15. ANTITVRO

Alchymiz hic causa agitur, non Quercetani



Cum gratia & priuilegio Cæsareo speciali ad decennium.

FRANCOVRTI. AD MOENVM

Excudebat Ioannes Saurius impensis Petri Kopslij.



AMBROSIVS CAMALD. ORD.
PRO DIONYSIO AREOP.

AD SENTENTIAM PRO ALCHYMIA
VOGELIVS IN DEDICATORIA:

Condolendum est plerisque miseris, qui propter suam ignorantiam acerbos se aliorum IVDICES atque CENSORES præbent, quiq; acuta cæterorum inuenta, prout ignorantia sua dicit acerbè carpentes, cum legunt QVÆ NON INTELLIGVNT, scriptorem statim condemnant, neque eos PVDET, quod nec redarguere, nec commendare possunt, quæ PVTANT malè scripta. In seipsum igitur iram suam conuertant, sibiq; ipsis acerbi sint, qui per NEGLIGENTIAM ALTIORA addiscere nequiverunt, quique à doctoribus, PETERE DIDIGNATI IN DVBIIS SVIS CONTABVERUNT.





NOBILISSIMO ET DO-
CTISSIMO, RERUMQUE EXPE-
RIENTIA EXCELLENTISSIMO VIRO, ET
DN. DN. IACOBO BONCARSIO, REGIS CHRISTIA-
nissimi in Germania legato ordinario, Dn. & amico
officiose colendo

ANDREAS LIBAVIVS M. D. salutem in Christo plurimam.



*Um ad me primum molestus ille, ingratusque de contro-
uersia scholæ medica apud Parisienses cum chymiatris
rumor, BONCARSIO nobilissime, peruenisset, & videretur
ALCHYMIAM, antiquissimam illam, & præstan-
tissimam, utilissimamque nec minus laudatam artem,
ore & calamo Medicorum Galenicæ factionis, indignis
quibusdam modis, contumelioseq; tractare, quanquam amici, ut quid
ea de re sentirem, iudicaremq; aperirem, sollicitè flagitarent, cohibere
tamen iudicium malui, quam de nondum plenè cognitis aliquid pro-
nunciare, aut in alterutram partem precipitanter inclinare. Quid e-
nim, inquiebam, si Parisi in eos arma corripuerunt, qui imposturis &
versuta quadam vafricie demoliuntur sanitatem & destruunt magis,
quam iuuant, insidiantes animis & crumenis nimis ad credendum fa-
cilius, qualia portenta & tu aliquando adortus profligare es conatus?
Quid si agyrticam illam & fraudulentam magicamq; paracelsiam, com-
munibus omnium gentium philosophicarum, medicarumq; & aliarum
rectè sentientium tribuum suffragiis, seruato assertoq; vera chymicæ ho-
nore & ab antiquo existimatione, repudiatam damnarunt? Atqui in
Quercetanium diriguntur, ut aiunt, machinæ. Huius chymiatrîam per-
hibentur suis arietibus concutere & subuertere velle: aliqui etiã uniuersam
chymicorum professionem peti iudicabãt. Ego vero nec Quercetanium
magna dignitate apud Gallorum regem constitutum, medicumq; &
philosophum parabolicum quidem, sed minimè stultum aut indoctum, id
quod in publicum edita scripta, & plurium doctorum testimonia hætenus
comprobarunt, meo calculo ausim aut velim de gradu deicere, nec eius
medicinam & physiologiam, licet non undiquaq; ad sensus meos compo-
sitam; contumelia aut dedecore afficere, cuius consilij ratio nõ obscure po-*

EPISTOLA DEDICATORIA.

test ex sequentibus intelligi. Triplex hodie est medicina docenda, facien-
 daq; & ratio & familia. Primam appellant sectam dogmaticorum &
 rationalium, cuius professores ab Hippocrate & Galeno Hippocratici &
 Galenici nuncupantur, quia potissimum istorum instituta sequuntur.
 Quidam adijciunt & Arabum doctrinam, quanquam non omnem, &
 sic in diuersas factiones etiã alias hoc genus diuiditur, ex quibus quadam
 etiam Galeni placitis non omnino acquiescunt. Sed hoc palam est. Iuxta
 presentem considerationẽ, Galenici sunt duplices: Quidam seruiles, qui
 nihil ne latum quidem unguem à dogmatibus Galeni sibi discedendum
 putant. Quidam nullius adicti iurare in verba magistri, liberalem,
 amplectuntur disciplinam, & ingenuè in medicina versantur, ausi vel
 ipsum Galenum reprehendere & Hippocratem sicubi à vero discedunt.
 Manent tamen intra veterum præceptorum schola Galenica & septa, ean-
 demque medendi tenent consuetudinem. Quidam nomen & famam
 Logempiria aucupantur, cum priores dogmatici vel rationales solum-
 modo audire velint. Secundum medicorum genus est CHYMIATRO-
 RUM, qui veterum methodo adiecerunt pharmaceuticam chymicam, &
 non tantum vulgari præparatis vtuntur medicamentis verum et-
 iam ex Alchymia petitis. In hac classe excellunt præsci illi Arabes & Sa-
 raceni, Auicenna, Mesue, Rhases, Bulcasis, & alij, quos secuti sunt re-
 centium plurimi, Albertus, Arnoldus, Lullius, Vlstadius, & omnino
 innumerabiles: Ex quibus aliqui simpliciter & vulgari consuetoq; Ga-
 lenicis sermone differunt, de medicina regulis, in chymicis saltem chy-
 mica proferentes: Nonnulli ad dogmata præscia accommodant discipli-
 nam chymicam, & quod Galenici vulgares sue scholæ verbis enunci-
 ant, id hi chymicè vel macrocosmicè expediunt, utrobique tamen eodem
 circa catholica præcepta necessariamque scientiam & praxin sensu.
 Hi parabolici & Hermetici dici consueuerunt, aut genuine chymiatri.
 Sed sunt & alij sophisticæ, qui, cum aliquã consentiant, cum veterum
 Hippocratica schola, multa immiscent praua, & sophisticis opinionibus,
 chymicorum more enuntiat, multas excitant turbas, nec patiuntur ce-
 teros præ se quid sapere, siue verba spectes siue sententias, siue facta, qua
 predicant ingentia. Hostes hi sunt Galenicorum, potissimum eorum,
 qui rigidius & pertinacius adherent magistri Galeni dictatis.

In specie tot
 medicorum
 hodie facta,
 ut videan-
 tur innume-
 rabilis, gene-
 re ad tres
 classes reduci
 possunt.
 Galenici in-
 genui.

Chymiatri
 vulgares, seu
 simplices.

Chymiatri
 hermetici.

Chymiatri
 sophisticæ,
 non parum
 paracelsici,
 licet hoc no-
 men auer-
 sentur.
 Tali fuit
 Assyluanus.

Paracelsici.

Hemipara-
 celsici.

Tertia factio est PARACELSISTARVM ab autore Paracelso, quon-
 dam Galenica & Arabum disciplina addictõ, chymicoque non indocto
 nec imperito, sed qui propria tandem sectam cõdidit coaceruatis ex omni
 paradoxorum absurdorumq; & deliramentorum angulo portentis, qua
 fucato quodam colore inducta studuit verisimilia reddere. Statim hoc
 genus in duos diuulsus est greges. Nam cum nouitas quidem arrideret
 & in insolitas quasdam spes, consiliaq; plurimum excitaret pelliceretq;
 animos; tamen magian impiam, & affinia deliramenta pauci sunt
 amplexi.

Nullus

EPISTOLA DEDICATORIA.

Nullus quidem Paracelsita quicquam sibi commune cum schola Galenica esse pra se videtur ferre: aliqui tamen Hippocrati sunt equiores: Hic rejicit Chrysopeian, ille magian, adiurationes, execrationes &c. Puri puti Paracelsici omnia atq; etiam sputa sui Monarchæ exosculantur, quod in omnibus putent, aliquid diuini latitare & mysteria mera crepant. Holoparacelsi.

Aristotelem, Platonem, Galenum & ceteros philosophia vulgat & antistites verbis & gestibus quanquam interim multa suffurentur, explodunt.

Profitentur autem Philosophiam aliam, quam Paracelsus appellauit sagacem, quæ complectitur magian, non illam naturalem ex philosophia legitima, sed quam autor paracelsus ita describit, ut primo statim vultu damnatam agnoscas: Item Nigromantiam, Necromantiam, Astrologiam vanam, signatum, artes incertas, Geomantiam, Pyromantiam &c. Præterea medicinam adeptam mathematicam adeptam & alias, in quibus tum sordes & purgamenta quisquiliæq; magiæ Zoroastris, Platoniorum, & similiarum gentilitiarum superstitionum, tum sagarum, magorumque sathanicorum. In hac Philosophia est ars Diabulos seu spiritus euocandi, consulendiq; per Berillos, unde Berillistica, & specula, unde visio specularis, Thesaurus fodiendi, quæ Thesaurinella, pestem per menstruatios pannos, procurandi, & venenandi, morbos inferendi, fascinandiq; per imaginationes, excantandi, per homunculos cruciandi, occulta per spirituum commercia expiscandi, per annulos, statuas, Gemmas, characteres, verba concepta & alia, monstruosa nec nisi damnatis magis usitata. In hac traditur ratio eliciendorum fulminum & perdendarum mensuram. In hac muliercula illa domonica comburuntur, sed magi execrandissimi absoluuntur. In hac quicquid Apuleius de aureo suo asino ex homine per incantamenta transformato, & Circe de porcis Ulyssis habet, quicquid in occulta philosophia Cornelius Agrippa, quicquid magus ille famosissimus Tritemius, quicquid Pistorius apostata & alij de republica diabolorum &c. id omne in unum coactum est, & tanquam licitum verumque defenditur. Huius se monarcham & principem proclamat Paracelsus, quem aduatores pessimi vocant magnum (imo magum) philosophum paradoxum, mysteriorum patrem, medicum &c. Ille licet aliquando Galenicus & Hippocraticus velit videri, tamen se sequi iubet omnes; Galenum, Hippocratem, Auicennam, Lullium, Arnoldum, priscos, recentes, quia sua sit monarchia, gloriatur se literas à Galeno ex inferno accepisse, & disputasse cum Auicenna in tartari vestibulo, & alia quæ nosti vel ipsis fabulis esse fabulosa, & impudentiora impudentia.

Hic cum ad explicationes rerum naturalium peruentum est, vel ipso Adria est inconstantior & mutabilior vertumno. Cum bacchicus furor eum rapuit ad cælestia, iam omnia per planetas, stellas, constel-

EPISTOLA DEDICATORIA.

lationes, conficiuntur, dicunturque in cœlo tanquam in fabula præludi, quæ homines gerimus & cogitamus in terra.

Cum vero ad terram deiectus est cœlestia miscentur terrenis ita, ut in cœlo dicantur esse Vulcani, Scriuarij, Restiarij & omnino tota officina, in qua prius fabrefacti homines demittantur in corpora, exercenturque, tandem id, ad quod in cœlo erat exculptus, quo commento platoniam reminiscentiam reposuit quidem, sed impudentiore mendacio contaminauit.

Rursus ebrio furore correptus maioris mundi res & vocabula ingerit in mundum minorem, & ut nescias ubi harere debeas, humana membra & quæ in illis sunt, modo per planetas designat, modo per mineralia, mox vegetalia, meteorica & similia, hoc unum cauendo, ne animal animali comparet & membra hominis, Cor, Epar, ventres & c. nomet his vocibus, quibus eadem etiam in bestiis innotescunt.

Habet quidem ista parabolica ratio suo in loco inter interpretamenta, quibus symbolismi rerum declarantur, suam laudem, sed in paracelsia, ubi tres sunt mundi, maior, ut externus, nempe systema cœli & terra extra hominem, minor ut mas, minimus ut femina, deliramentum est hominum fanaticorum. Itaque videmus hodie, quo stultior & vanior quisque est, eo deditiorem esse istis somniis, quibus tanquam mysteriis sibi auctoritatem conciliare studet, & his ipsis præsidium se in Galenicis armat, imò has veluti copias in Hippocraticos & chymiatros probos educit. Laborauit tamen in hoc pistrino, Seuerinus Darnus, Dornaus & alij, qui deliramenta monarchæ. Studuerunt aliqua probabili specie donare, & recisis neglectisque plurimis vanis, quæ ~~reminiscentia~~ essent seligere, dissentientiaque componere. Itaque & nouam quandam fabricarunt Paracelsian, vetere tantum inter perditissimos quosque & nequissimos, bipedum hærente, qui morbos cognoscere & naturas rerum querunt per Chyromantiam quandam suam & artem signatam (cui nollem tantum datum esse à Quercetano, Iohanne Baptista Porta & alijs eruditioribus & à fece plebeia remotis) curare vero mysticè, magice, chymice, cabalisticè & c. differendo Theosophice, macrocosmice, Ensophice, Diabolicè inquam & stultè. Thobias Mollerus Calendariographus olim, nihil agnoscebat in Paracelfo simplex nihil plano sermonis genere & per essentiam dictum, sed omnia mystica, quæ qui clauem scientiæ non haberet eam aurem sibi vendicabat, quam in physica Cardanum potius sequeretur, quam Paracelfum, non intelligeret. Huc inclinare videtur & Alexander Suchtheni-
us, & qui hunc sequuntur (Habet multa capita Paracelsia ut Lerne quandam beluam agnoscas) sed hæc exploduntur à cœteris: qui ut plausibiliore se commendent specie, & aditum ad animos hominum, qui nondum totam exuerunt, vetustatem, & assentiri
Hippo-

EPISTOLA DEDICATORIA.

Hippocratica medicina coguntur tum euidentia rerum operumque, tum imposturis Paracelsitarum, sibi parent, in ore habent etiam Galenica decreta, & vera Chymia præclara præcepta, qualia multa legimus etiam apud Paracelsum nondum in monstrum transmutatum. Sed si penna furtiua detrahantur cornicula, tota professio Paracelsica in risum abit. Si itaque schola Parisiana hanc factionem damnauit, quam Paracelsian vocamus, & arma sumpsit contra Chymiatros Sophisticos, qui acerbitate quadam rabiosa Hippocraticam disciplinam persequuntur, nihil fecit ab officio medico alieni, nec meum est iudicio eius aduersari.

Animaduertendum tamen est in Chymiatra Sophistica, quosdam esse modestiores, magisque ad verum accedentes, quosdam corruptiores & importuniores, insanioresque. Idea Seuerini tolerabilior videtur cæteris Sophisticis, facileque potest paucis nimirum immutatis & commodius declaratis ad chymiatriam parabolicam referri. Quod si detrectet facere repugnantem veritati, consutem, damnemque, simpliciter autem suis quisquiliis & somniis gaudentem irrideam. Quid enim magni habet ista iactantia præter opinionem fallacem, & verborum insolentiam? An non homines sunt Seueriniani uti & nos? An non ita geniti ut nos? Idem lac suxerunt, iisdem utuntur cibis, eidem assident mensæ, eodem vino & satiantur & inebriantur, iterumque restituntur ut nos. Ex cibis & potulentis intra ipsos idem fit humor, chylus, chymus, sanguis: Idem spuunt phlegma: Non alium liquorem vesica reddunt. Non habent alia membra, quam nos, non sudores alios. Quorhabarbaro purgantur ipsi, eodem & nos. Quod ex ipsis segregatur per seenam idem ex nobis. Vulnerati fundunt sanguinem nostro congenerem, qui in pus mutatur eodem modo: eadem sanantur Chirurgia: Et omnino qui nihil non commune secundum naturam nobiscum habent, nisi quod opinionum turba moueantur secus ac nos, indeque phantasmatis decipiantur & linguam nouis sonis instruant, quid est secundum rei veritatem, ut à nobis discedant primum, nisi opinio? Hos qui opinione ducuntur, & in cæteris nihil aliud faciunt aut patiuntur, an non risu, quam acerba insectatione potius dignos iudicem? Cum chymiatris autem parabolicis stultum est digladiari velle. Nihil enim proficitur, nisi quod cerebrum rumpitur & tempus perit. Quin fiat hic idem, quod in disciplina Aristotelico-ramaæ. Si libet utamur terminis Chymiatricis in expositione; & declaratione per similia: Præcepta vero catholica & perpetua relinquamus in sua dignitate, eaque consuetis verbis enunciemus. Ita nullo negotio res componetur, eruntque in liberali professione & exercitio medico omnia tranquilla.

Verum enimvero postquam Censuram Scholæ Parisiensis legi, & simul Quercetani, Turqueti, Harueti, Baucineti cognoui responsiones,

EPISTOLA DEDICATORIA.

nes, atrociam quaedam & crudelia non in Paracelsiam, aut Sophistas pertinaces corruptosque edita vidi, sed ipsam damnatam Alchymiam, quam Diaboli inuentum esse aliquoties scribit Censor. Non Quercetani causa agitur, inquit Censor, sed Alchymia. Hanc proscribunt & ex toto regno medico eiciunt, quanquam negare nequeant, bona quaedam eius beneficio in medicinam illata esse. Num ergo, inquam his tam importunis censoribus tot ab antiquo Reges, tot Philosophi sapientissimi, tot Medici peritissimi delirarunt omnes? Damnataimne & à Diabolo profectam artem inuenerunt, exercuerunt, docuerunt & propagarunt veterum illi laudatissimi heroes? Posterius quoque talem acceperunt? Insaniuit & adhuc insanit India, Persia, Aegyptus, Assyria, Graecia, Italia, Germania, Asia, Affrica, Hispania, Anglia, aliaque mundi plaga, in quibus Alchymia summa gloriae famam est adeptam? Imo num vetus illa Gallia usque ad nostros annos in tanto est versata errore? Num olim Fernelius, Syluius, Hollerius & ceteri re & nomine magni Medici insanias pro utili doctrinata tam è Cathedra scholae sonuerunt, quam monumentis suis in publicum emiserunt? Quid dicam Academias reliquas? Quid Collegia Medicorum in diuersis rebus publicis? Quid patres familias? Medicina Chymica suos libros ornant Medici, illustant principes, decorant Physici, Philosophi, Theologi: percolunt botanici, & elaborant Chirurghi. Ars Chymica in amplissimam vastitatem dispersa in quouis fere angulo sua habet exercitia, seu rudia, seu elaborata plus minus, ut solet fieri iuxta facultates cuiusque & necessitates. Quid rei est, ut tam celebrem tamque necessariam & utilem artem tam precipitanter, seuereque damnent sexaginta viri? Num hi satis sunt contra omnium etatum, & gentium suffragia laudatissima artis honori data? Sed & cur illa schola à seipsa deficere voluit? Quid ex ea tandem adeo magnum expectare possunt studiosi Germanorum Alchymia & Chymiatría explosa? Nisi me animus fallit unius Censoris ha sunt intemperia, qui, cum me in Gramanum Paracelsicum illum impostorem & apostatam scribentem acriter vidisset imprudente quodam feruore percitus, iudicauit similibus armis oppugnandam esse Alchymiam, neque tamen, quid oppugnaret, intellexit, cum Alchymiam & Spagyrian pro Chymiatría Quercetani seu Seuerini sibi proposuisset.

Fusus est censere Quercetani librum de priscorum Philosophorum vera medicina materia, &c. At egit causam non Quercetani, sed Alchymia. Quae ista est fatuitas? Compendio absoluerunt omnes controuersias fortasse voluit, damnata arte tota, cuius presidio aliqui animaduertenterunt in Physicos & Medicos. Itaque & prohibetur commercium cum Chymiatris seu spagyris. Hoc sane erat sapere. Damnare sic possis Canonicas scripturas, ne de illis cogantur orthodoxi respondere haereticis.

EPISTOLA DEDICATORIA.

ticis. Totam Dialecticam Rami damnant, otiosi & segnes logici, quia eius fiducia vident suam inertiam exagitari. Malebat Julianus interdiceri Christianis artes philosophicas, quam damnare. Inuentum est aliquid Juliano etiam acerbius & crudelius. An vero in vnius Quercetani potestate est Chymia? Num qui Quercetani libros de materia medicina obiter, & ut canis Nilum, legit, inuenitque aliquid sibi displicens, ius accipit in totam Alchymiam damnandam? Quid si alicubi Quercetanus delirasset? Si inter plurima praecleara paruum appareret nauus? Num totus liber eius Vulcano consecrandus, & ipsa scientia nigro theta configenda? Carptim autem vellicat Censor libros Quercetani, *παρασηνῆ* non attingit. Hoc est ignauissimi quoque militis. In Quercetani codicibus inuenio quidem plus de Idea Seuerini, quam disciplina Riolani, sed non pauca egregia: non pauca Hippocratica, & est ille fortasse non tam re, quam verbis singularis, potiusque Chymiater parabolicus seu Hermeticus, quam Paracelsi schola addictus. Itaque etiam suo regi ut ut Chymicis inseruit medicinis, easque aliis commendat nominibus, tamen non praescribit alia catholica praeccepta, quam quae & Hippocraticus aliquis artifex: nec iubet ei lapides edere pro carnibus, quae non essentis Chymicis, sed aqua communi elixantur in edendi usum, atque ita cetera disponit in therapeuti tota.

Turquetus quoque, Haruetus & Baucynetus palam testantur, se ab autore Paracelfo non pendere, quanquam Chymiatriam profiteantur & exercent. Quin & de Chrysopeia, cuius artificii veteres medicinam illam suam, quam Elixyr vocarunt, ad metalla transmuetanda, & corporis sanitatem defendendam recuperandamve praepararunt, non admodum sunt solliciti. Tanto minus existimandi erant ab Hippocratis catholica doctrina defecisse. Sed feruor ille cecus omnes damnat, & exercitium Chymiaticum simul cum disciplina & personis eodem corripit turbine. Amentis hoc sit an sapientis, in procliuui est iudicare. Sed illi mea defensione non indigent. Cum viderem in libellis censoris ea undique conquiri argumenta, paradoxa, crimina, conuitia, accusationes, calumnias & alia, quibus non Alchymia & Chymiatria Quercetani oppugnantur, sed Alchymia simpliciter tangitur, tentaturque inuidiosa reddi & exosa, manibusque studiosorum excuti: iam autem ad praelum dandus esset commentarius, cum arte ipsa recognita & denuo publicata: stante ista censura Parisiensi, me nec meum nec artis honorem conseruare posse, multo minus finem editionis totq; laborum & lucubrationum consequi quis tam cecus est, quin videat, aut tam demens, quin intelligat? Quid enim facis Libaui? Artem eruditissimam in tota Europa schola communi suffragio damnatam recudis, & in Europa publice proponis? Consule honoris tuo & emolumento communi. Quid meritum censeres eum, qui damnatam artem vulgat? Parisiana
schola

EPISTOLA DEDICATORIA.

schola non tantum Chrysopeiam radicibus extinctam vult, sed & eius vulgatores in crucem actos. Sed bene sperandum est de meis Christo auspice & fauore laboribus, ostendendumque illi schola in damnanda Alchymia non iram & animositatem, uti nec vehementem ad conuictandum propensionem, sed sapientiam prudentiamque defuisse. Inuidia istas turbas excitauit, non ignorantia disciplina dicat aliquis. Verum enim uero diuinare non est meum. Nemo uero, cum excutio argumenta censoris non in Quercetanus & ceteros (hæc enim ad me non spectant) sed in Alchymiam prolata, confutoque, putet me calamum in Academiam Parisiensem strinxisse, censoris argumenta, argumenta petunt mea: rationes in alchymiam impactæ rationibus colliduntur. Non nominarem Riolanum, non scholam medicam, nisi hi se prius nominassent ipsos, eaque posuissent, ex quibus concludendum est quod vi positorum sequitur. Maior est dignitas artis Chymicæ, quam schola istius Parisianæ. Studiosius defendenda erat, & animosius asserenda. Sed modum tamen uerborum feci, nec est, ut indignentur facti Medici illi, si qui sunt præter Censorem rei. Eodem enim jure pati debent erga se experiri, quò ipsi in Alchymiam, eiusque Professores agendum, sibi censuerunt. Qui acerbè in artem honestissimam uerissimamque scribit, is subire debet acerba rescriptionis aleam, putareque à ueritate se castigari, non à scriptore.

Tibi uero, uir nobilissime, defensionem istam ideo mitto, ut memor sis pristini amoris erga metui, habeasque studiorum officiorumque tibi à me debitorum perenne monumentum. Vale. VI. Id. Febr. ueteris. 1606. Rotemb. ad Tubarim.



D. O. M. A.

PRO O E M I V M
 C O M M E N T A R I I A L -
 C H Y M I Æ I P S I V S Q V E A R -
 T I S A P O L O G E T I C V M , I N Q V O E X A -
 M I N A T V R C E N S V R A S C H O L Æ P A R I S I E N S I S
 per IOANNEM RIOLANVM de Alchymia, an-
 nis 1603. 1604. edita.



QUANTIS cum contentionibus feruoreque non modo patrum nostrorum memoria, verum etiam ætate nostra ætæ à veteris Medicinæ Professoribus sit contra id hominum genus, quod fiducia *ALCHYMIAE* prauis opinionibus ab illo ipso contaminatæ, non tantum Hippocraticæ artis principia fundamentaque euertere, sed Physicæ quoque & cæterarum scientiarum decreta subruere, & abolere conatum est, hodieque conatur, nulli literatorum vigilantî & alacri potest esse obscurum; & sunt in manibus Studiosæ iuuentutis elaborata plurium recte sentientium opera, quibus profligata factiosorum hominum falsitate summis viribus defenditur Medicina, veritasq; in aperta luce proponitur puro vultu conspicienda. Ita vero versati in his pugnis sunt sapiëntiores, vt cum studio magno & alacritate tuerentur antiquitatem disciplinæ Hippocraticæ & peripateticæ, quantum de hac ex libris Commentariisque ab Autoribus suis principibusque conscriptis, & in publicum datis receptum approbatumque vsu & sapiente ratione est, tamen non offenderent axiomata principiaque Chymicarum demonstrationum, nec ipsam per se artem vilo conuitio læderent, ne dum è mediõ tollendam, prohibendamque, & cum eius amatoribus, celebratoribus, excultoribusque & professoribus commercium interdicendum iudicarent. Permisertur ei, vt frueretur sua laude, & in complexu Philosophiæ sapientis permanentem sinerunt hominum utilitati consulere, & non nihil seu ad necessitatem, seu ornamentum aliaque emolumenta humanæ societatis conferre, siue id Physicis prodesset, siue Medicis, siue aliis Reipublicis. Omnino prauitatis deterfis, imposturis abiectis, mendaciisque procul gentium proscriptis, ipsa præcepta ad sapientiæ, veritatis, iustitiæque leges reuocata, & eniãque legitime sunt retenta, & in gremio liberalium scientiarum exercitiorumque relicta. Ita repurgatam artem ab initio nobis constituerunt, tradideruntque sapientes, receperunt physici; admisertunt proficuum & conuenientem hominũ saluti Medici, non dubitantes aliquam eius partem etiam suæ Medicinæ inserere, pharmaceuticæque industriæ, sociare: tandem castam piãque etiam Theologi approbarunt nec repudiãrunt politici, multi veso etiam ex cæteris eruditorum gentium nationib; commendãrunt; senseruntq; adiumentum ex ea plurium etiam mechanicarum artium, in quas riuulos quosdam deduxit, atq; ita suum bonum multis distribuendo cum multis fecit communẽ, collegia. Non est vllus sanæ mentis, qui sic exultant, fulgentemque & genuinõ vultu contentis fucis conspicuam non velit adamatam, dignitate auctã promotãque adeo, vt etiam posteritatem tam oblectare possit, quam iudare. Habuit quidem illa, vt cætera bona, suos ofores, pollutoresque etiam vix nata; & non protul memoria nostra eo peruerunt deprauationes, vt videatur plane in alium vultum transmutata degenerasse in monstruosum quoddam *miçma* & commentum ab omni veritate alienum. Sed ostendendum est veram artem nec recentem esse, nec ferre admistiones improborum hominum, multoque minus admittere quisquillas turpium & à veritate alienarum opinionum, quam argentum viuum pulueris alieni sordes, quanquam hæ foris adhærere, nitorumque argenti fædaturum inquinamentis suis ab oculis remouere soleant. Excurrit eadem etiam, falsas accusationes, & constantia principiorum suorum demonstrationum euidentiã & complexionum scientia irrefragabili se, contra omnem impetum defendit, potestque etiam suspiciones depellere & maculas aliqua seu iniuria, seu imprudentia sibi illatas detergere & abluere, quæ paucis possunt, si quis velit attendere, comprobãri.

Princi-

2 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

Principio non fingendum est, quid quisque & qualem velit Alchymiam esse, quæque ei præcepta & partes attribuere. Non est hoc in arbitrio nostro; sed ponendum autoritate & iudicio tum inuentorum sapientum, tum excultorum propagatorumque in suo subiecto versari eam; his uti principiis, his constare præceptis, hæc methodo exornari, quæ ei assignarunt artifices, comprobavitque usus magister rerum, & consequens seculorum assensus experientiaque confirmavit, quæque commentariis & voluminibus, aut etiam traditione ad posteros peruenierunt, deincepsque sunt peruentura, stante feruente harura, & commerciis hominum disciplinarumque cultura. Genuina eius & homogenea ab alienis & heterogeneis vi legum scientificarum sunt separanda, nec quicquam admittendum, quod violatæ dignitatem ynceritatemque eius possit.

Cum ergo ab initio statim deprehendatur præter cætera potissimum in metallicis elaborasse ita, ut non tantum naturam mineralium huius præsidio inuestigauerint sapientes, verum etiam multis modis eorum separandorum, repurgandorum, & iudicandorum rationem inierint, descriperintque, quanquam opera sordidiora commiserint seruitiis, tamen scientiæ possessionem & autoritatem retinuerunt, non minore iure, ac Medici, qui manuum labores ab ingenua contemplatione & praxi longius discedentes famulatio cuidam suo crediderunt. Quocirca sicubi metallica elaboratio industria inuenitur ibi Alchymia sapientis aliquod præceptum venari licebit. Iam autem in sacris literis de Thubalcaino Lamechi filio legimus, quod fuerit faber ærarius ferrariusque, qui ex ære ferroque huiusmodi opera procederet. Æs & ferrum sponte ex terra non ita existunt, ut fabris statim possint esse materia. Præcessit itaque ars metallurgica ferri & æris excoquendi, quæquam sit operosa, qui ignorat, ex libris Georgii Agricolæ, vel etiam metallurgorum officinis cognoscat. Ars non est sine præceptis, quæ ratione & experientia constant, vsuque comprobantur, ut ab initio eâ sunt rudiora. Concludimus ergo nos si non totam artem ab ætate Lamechi antè diluuium viuientis incipere possumus, tamen magnam partem inde, & rudimenta cæterorum posse repetere. Nec est verisimile, in cæteris metallis & mineralibus non fuisse tunc elaboratum. At de auro aliisque metallis iudicandis, de fale faciendâ, cæterisque iam ab antiquo apud Gebum & alios inuenitis inter Alchymia essentialia documenta: sit ergo hoc primum antiquissimæ artis argumentum: Post diluuium vniuersale alii aliunde eius originem (ita enim appellamus, cum aliquid seu plane nouum inuentum est, seu post abolitionem aut casum restauratum, vel etiam ita excultum auctumque, ut nouum videatur, & hinc etiam conditores, autoreque vocamus eos, qui isti labori operam principaliter accommodarunt) auspicantur. Peritiores, quique propius in veritatem collimant, ad HERMETEM (aliquibus Arabem, vnde in Ægyptum venerit; aliquibus etiam natione Ægyptium) rerulerunt, qui cœtaneus Mosi Ebræo duci populi Israëliti & legislatori circa annum mundi 2434. floruisse traditur. Huius est tabula Smaragdina, de opere lapidis Philosophorum, serius detecta, quam facta, in cuius calce autor se nominat Hermetem trismegistum qui habeat tres partes Philosophiæ mundanæ; putare licet Solis, Lunæ & Ventis seu Mercurii symbolis designatas. Tribuunt eidem Pimandrum & alia nonnulla. Galenus vidit librum de herbis triginta sex horoscoporum, inter quas etiam quædam Ætos, seu Aquila. Falso quidem is iudicauit ascribi Hermeti librum istum; & astipulantur recentes. Sed fieri potest, ut Galenus errauerit, non attendens libros quosdam fuisse exotericos, quosdam commentarios, qui in secretis istorum Philosophorum diu manserant, non publicati, nisi aliquo casu, ut colligitur etiam ex Bulcasi in oleo lateritio, & Mesue, imo interdicto sapientum de non vulganda arte. Falso itaque potuit Hermeti populariter lecto attribui, sed non in arcanis versanti, tamen aliquis inde prorraxerit. Sane vox Aquila non ignota est Chymicis symbolicè res suas enunciantibus, videturque irrisus ille herbarum liber, quia parabolicus aut hieroglyphicus (qui iniquè omnia æstimant magicum vocant malo sensu inuitati Plinii iudicium non satis prouidum) non erat de capru plebeio, uti nec non commentarii plurimi inter manus multorum versantes. Riolanus cum in censurâ suâ libellis ad hunc locum peruenit, putat Mosén Ebræum fuisse illum Hermetem, mirificaque inde portenta ducit. Num Moses professus sit aut didicerit, exercueritque vnquam Alchymiam, nullo constat aurore liquide. Si Chymia fuit inter artes Ægyptias isto tempore, uti consentaneum est, nisi quis velit ex Chaldæa & Arabia tunc primum illatam fuisse ab Hermete ita ut ad Mosén non peruenierit, iam profugum, & post reuersionem diuina vocatione occupatum; Moses autem eruditus est omni sapientia Ægyptiorum, ut est in actis Apostolorum, seuerit sane eam. A: qui nuspiam legitur, descripsisse aut propagasse, nec sententiæ Pimandri, quæque Hermeti tribuuntur, Mosén sapient.

ANNO. 7. 22.

ANNO MUNDI 2714. Expeditio argonautica in colchidem ad tollendum aureum vellus, quod plures eruditi iudicant fuisse membranam artis auri faciendi, instituta fuit. Vnde patet, non in Ægypto hæsisse Alchymiam, sed in cæteras quoque gentes sese distribuisse.

Temporibus Artaxerxis Regis Persarum & Hippocratis circa bellum Peloponnesiacum, quod cepit Anno Urbis 300. vel Mundi 3537. vixit Democritus, cuius adhuc hodie manibus Studioforum teritur de lapide Philosophorum libellus.

Plinius vidit eius alia quoque opera, inter quæ liber Chirocineta de herbis quibusdam, & alius de animum colloquiis, quæ ille putat esse magica, cum potius partim naturæ historiæ sint, ut de Gelotophylli &c. partim symbolicæ seu hieroglyphicæ tractationes, quales etiam nunc ostenduntur in operibus antiquissimis Ægyptiorum, quæ sculpta cernuntur literis hieroglyphicis, quorum & Lucanus meminit cum scribit:

Sculptæque seruebant magicis animalia linguas:

Item Salomon traditur peculiaribus libris comprehendisse, suntque vestigia quædam in Proverbiis,

contra Alchymiam latæ.

bis, canticoque eius explicat etiam multa Orus Apollo; quæ absque explicatione & intellectu à populo superstitioso accipiuntur, nec desunt sceleratæ magiæ, vanitatumque astrologiarum assertores, qui impetitorum hominum opiniones fouent, & sic præterita sapientia inclusa istis parabolis ex involucriis mira fecerunt Diabolorum ad illudendum generi humano commenta, ut etiam è medio tandem rollendi fuerint libri Salomonii de rerum natura scripti quomodo & diuinitus fieri mandatus serpens æneus. Sed de his alibi.

Riolanus non potest concedere Democritum esse Alchymia propagatorem, vel autorem aliquem, quia ut Cicero in V. de finibus narrat, sapientia seu philosophandi amore seipsum excacauerit. Cæcus autem nequeat Chymia præceptor esse, aut cultor. Non quidem usque adeo obtabat cæcitas Homero, quin in Poësi Græcorum fieret excellentissimus, creditusque sic Oceanus sapientiæ esse: Et poterat videns Democritus artem didicisse, & exercuisse, cæcus autem neglexisse, ut & aliàs auri argentique abiecit curam: Verùm tamen demòstrandum Riolo est, Ciceronis Democritum fuisse eundem nostrò, qui certe in colloquio cum Hippocrate minime fuit cæcus.

Deinde negat Democritum potuisse sentire cum Chymicis, cum rerum naturalium principia, utpote concretionem atomorum, à Chymicis statuerit tam differentia. Sed Riolanus hanc causam imperite agit, nec principia seu Chymicorum seu Democriti recte intelligit. Non si Democritus artis Chymicæ cultor & propagator dicitur fuisse, necesse est eam totam omnesque partes perfectè, & quidem iisdem vocabulis tradidisse, quæ hodie sunt in vsu: Relinquendum est artibus suum incrementum & elaboratio apud diuersas gentes vel etiam easdem varia. Qui partem saltem aliquam Alchymia explicatam dedit, is Alchymiam dicitur recte docuisse, quandoquidem & Dialecticæ saltem quodammodo totum concluditur à quocumque parte, maxime ea, quæ rationem habet speciei, qua posita, genus ponitur, cum species esse nequeat, nisi sit genus. Si eo modo colligendum esset, nulli phisici ante Aristotelem extitissent. Qui enim sunt quotum placita non mutauit, seu rebus, seu verbis? Dialectica fuit ante stoicos, Ciceronem Quintilianum, Rhodolphum, Alexandrum, & alios. Ad quam discrepantes hi terminos inuexerunt? Aliter appellentur principia apud nostros, aliter Democritus sit locutus. Ideo ne etiam re alia habuit principia?

Riolanus putat principia Democriti etiam re esse alià, à Chymicis, quia Atoma introduxit, & infinitos mundos aliàs paradoxa feliciter ab Aristotele confutata. Bene factum cum Aristotele est, quod Democritus Hippocrati sapientissimus fere octoginta annis prius desierit esse in viuis, quam exoriretur Peripatus. Alioquin risisset Aristotelem Democritica non intelligentem fufus, quam Hippocratem, monstrasset quæ aliud esse literam plebeiam, aliud philosophicam mentem, quam Plinio teste peregrinatio in Persidæ, Arabia, Æthiopia & Ægypto consultis ibi magis seu sapientibus hauserat, & in arcanis retinuerat ut lib. 30. cap. 1. narrat Plinius: non autem in vulgus emisit, nisi velamentis verborum tectum. Facile est hodie quicquid explodere. Cur? Quia eorum sententiâ corruptitur prauis explicationibus. Quidni tale quid euenerit Democrito? Hermes hominem vocauit paruum mundum: Aristoteles id de animalibus enunçiat. Plato ex eadem disciplina magnum mundum agnoscit. In Hermetis decretis erat, quod sicut mundus maior est factus, ita & mysterium lapidis: ita & homo. Nam quod agnoscit & Riolanus, ex humoribus omnia hæc oriuntur, Semen & sanguis humores sunt. Ex his nascuntur animalia, & analogice plantæ viuacæ & æquiuocæ, ut peripato toti liquidum est. In indigesta ruique mundi primi mole dicunt similiter omnia fuisse vnus liquor confusus. Consideret iam Democritus non tantum singulos homines, sed & bestias & mineralia & plantas tanquam magni mundi simulachra & partus mundos. Num iniustum est dicere innumerabiles esse mundos orientes occidentesque vicissim propter mutuas generationes & corruptiones, interim magno mundo manente? Quis ausit tribuere Democrito, quod etiam magni mundi speciem multiplicauerit, & isti vicissitudini subiecerit, nisi ambitione inanissima turgidissimus Alexander? Non ita apparet ex colloquio cum Hippocrate. Stulti homines non intellecto Democriti sermone, hoc ei tribuerunt, quod nunquam sensit. Et hæc nus belle conuenit ei cum Alchymia principibus, qui non aliud docent.

Atoma corpuscula videtis. & eorum concretionem & segregationem. Sed dicite quæso vos ridiculi philosophi, cum hominem ex liquore generatis per segregationem, seu diuaporationem illam humiditatis quam in corpore genituræ fieri statuit Aristoteles, num prius cernebatis aliquid tale & tantum in liquore? Cum inspiciatis oui album, num visibilia vobis sunt membra? Ita cum aquis acerbis soluntur res maximè corpulentæ, non apparent oculis: Et tamen segregato humore emergunt. Id norunt & qui muriam in salem excoquunt, qui dilutum natri, halonitri, chalcanti, vrinæ puras, vinum limpium & innumera talia. Imò & meteorologici coguntur hoc fateri, cum ex vaporibus & exhalationibus non tantum creant nubes, & cometas verum etiam fossilia omnis generis. Assit iam Democritus & dicat ista corpora in aquis & aëre fuisse inuisibilibus & insectilibus figuris. Si enim fuissent de visibilibus, & concretis, visui apparuissent. Habuissent enim terminum suum & lumen definiissent. At non definiunt: Colorem enim induxissent. Itaque indefinita ad sensum merito appellantur. Num dignus vobis videtur explosio? Aristoteles disputat contra eum per rationes. At memor debuit esse huius, quod scripsit, i. de ortu tex. 8. Vbi Democritus videtur propriis & naturalibus rationibus persuaderi. Ita laudatur ob naturæ præclaram expositionem, i. de ort. tex. 47. & 57. &c. Plinius de resurrectione optimè sententem intulit. Huius similes estis, qui Aristotelis commenta secuti, pessimè de Democrito statuerunt. Neque natura neque Chymia bene explicatas Democriti de principio materialis generationum sententias iure repudiare potest. Hostes eius dum non quod est, sed quod videtur, verum putant, & literam secuti sensus neglunt, in Protagoræ castra discedunt indigni mysteriis Philosophia Symbolica Democriti comprehensis.

De actu & potentia inexistentibus quæ differuntur, si viueret Democritus, non reiceret, sed se

4 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

consentire diceret, quod materiam primam præexistere quodammodo & non fieri naturaliter necessè sit: sed eam colligi ex humore, in quo esset inuisibili specie & magnitudine indiuisibili: collectâ postea mutari & ex potentia educi actus, nunquam fortassis negaret. Ipse Riolanus cum omnia ex omnibus facit, per Elementa materiamque primam quæ se transformet in omnia rerum miracula, quam longe abest à *πρωτογενεία* illa veterè, & atomis Democriti, & multiplici vicissim oriente & periret: Sed pergamus.

Aug. 65. apol. pro Hipp.

Circa annum Christi 294. Diocletiano res in Ægypto agente partem Alchymix, quam vocant Chrysopeçia, admodum fuisse celebrem & vulgarem historiarum euidentia ne Censor quidem negare potest. Quod adeo est in vsu, adeoque familiare & publico gentis consensu comprobatum, ut opes publicas inde contra vim imperii Romani quærerent, bellorumque sumtus sustinerent Ægypti, potestne ortu nouum esse, aut principii, vsuque & ratione destitutum? Nulla ars simul inuenta, ex-culta, probata publicisque iudiciis & auctoritate firmata est. nec sufficit ad hæc vnus hominis ætas vt taceâ quantis seculis ex abditissimis sapientum latebris tandè in publicum oportuerit esse protrahâ.

Julius Firmicus.

Tempore Constantini Magni, circa annum Christi 320. Iulius Firmicus syderum in cælo ad Alchymix facultatem conferendam, constitutionem indicauit. Isne primus eam agnouerit? Quam longa series optimorum artificium eadem constellatione natorum requisita fuit ad iudicium ex cælo? Nô ausi fuerunt alii hoc enunciare: at obseruasse donec firmatum sit experientia iudicium oportet, siue iam falso, siue vere ad cælum referuntur artes, non refragantibus his, qui omnem mediū mundi vim à cælo gubernari cum Aristotele statuunt, tanto minus Riolano, qui sole caloreque eius ex cælo etiam abutitur ad opiniones suas: Quantæ obseruationis est non tantum bonos Chymicos in bono syderum positu vidisse, verum etiam malos in aduerso, vel infelice? Concluditur itaque & hoc argumento veritas professionis & ARTIS SCIENTIÆQUE Chymicæ, cum omnis ars ratione præceptorum & Theorematum sit scientia: sed præceos operumque merito in specie nomen artis, vt id exponit Aristoteles, sibi vendicat.

Temporibus D. Ambrosii & Theodosii Magni Heliódorus Imperatori nūcupauit librū de Chrysopeçia, circa annum Christi 383. qui Gæceus etiam aliquid ea de arte ad Heraclium est commentatus Cædrèno teste.

ALMANSOR Rex Hispaniæ, Saracenis tunc subiectæ, fuit circa annum Saluatoris 960. Eadem ætate vixit Rhafes, de quo constat confessione Censoris quoque, quod fuerit bonæ notæ Medicus, qui quam partem Alchymia aquis & aliis extractis ad bene medicandum conferentibus dicauit, non dubitauit vsu istarum essentiarum celebrare: Studiosum autem ad eam discendam his compellauit verbis: *Rogo te, fili, vt indefessa lectione Philosophiæ libros scruteris, vt & eius filius esse & huius arcani magisterij habere sagaciam merearis. Qui enim in legendis libris deses exiterit, in præparandis reb. promptus esse non poterit, &c.* Iam ergo destillata extractaque Chymica in medicinæ complexum sunt admissa, num à primo Almanfore aut Rhafes? Imo vero longe verustiore habent auctoritatem. Nam commendantur Chymica non vt recens inuenta, sed pridem nota.

Albucafi.

Non absimile vero est circa Muhauia Damasci regnum Saracendorum constituentis tempora, nempe anno Ch. circiter 660 inter sapientes floruisse, quem Albucafi vel Bulcafi vocant in lib. sua medicina 28. qui dicitur seruator, (Pharmacorum præparatorum rationem, maxime vero Chymicam complexum) omnia Chrysopeçia & aliis Alchymix partibus recenset nihilominus varia artificia, quæ vel olim propria fuerunt Alchymix, vel ad eam quocunq; modo spectant, & postliminio quantum ad scientiam attinet, ad eam reuertuntur. Is traditur vixisse an. Christi 1080. Traçat de fossilibus, vægetalibus & animalibus, hocq; discrimine indicat iam olim medicaminum & alimenterum materiam his trib. classibus contineri. Modi præparationum, quos recenset, & re & vocibus sunt Chymici. Legimus n. in eò volumine adustiones, (re entibus dictas reuerberationes, alias & vsiones, cremationes, combustiones, &c.) sublimationes, ablationes, expressiones, extractions, colaturas, destillationes, ascensionas, descensionas, & per laciniam: Coagulationes, calcinationes, cinesactiones, aliasq; Alchymix plauè intestinas, quibus fiunt magisteria & essentia extractæ, vinum stillaticium, acetum stillaticium, quo syrupum acetosum simplicem facit, aquam rosaceam & alias. Proponit & oleum ex lateribus parandum eo modo, quo nouerunt illi, qui occupantur in arte ALCHYMIX, quod est de SECRETIS PHILOSOPHORVM. Si queris *συνεσάει πνευροxylian*, ecce tibi eundem Bulcafi passim inseruientem. Fornaces n. seu Athanoras construit cum reliqua supellectile destillatoria, docetq; modos regendi ignis. Ecquid quæso potest accedere ad eam Alchymix partem quæ medicinæ præparatiæ succurrit, eiusq; thesaurum precioso augmento ornamentoq; in maius prouexit? De aqua rosacea scribit, q; operatio eius multis sit cognita gentibus, & peculiari modo procurata à Regib. ABARACH. In tractatu secundo quot habet extractos succos? Crocum quoq; martis non præterit quæ simplex ille Riolan. non putabat Chymicæ disciplinæ esse, sed artis veteris Hippocraticæ, quasi vero hinc nô potius colligendum sit Alchymix magnam partem sociatam fuisse medicinæ: Indeque innotuisse Hippocraticis, crocum Martis, quibus alias symbolice non solent loqui & ferruginem elaboratam crocum, ferrum vero Martem, nisi Poemata scribentes, appellare. Galeno visa fuisset res fabulosa, sicut herba Ætos.

Mesue exregu Damasci familia plerūq; vixisse narratur, circa annū 155. Et 1158. Alii Godofrido Coatanūsa cius an. 1099.

Mesue Damasci in Syria natus circa annum reparatæ salutis 1163. Friderico Barbarossæ summæ rei præfecto vixit. Hic præter aquas stillaticias, quarum passim meminit, in antidotario tertium de oleis parandis modum Chymicis artificibus proprium dicauit. Referam verba interprete Syluio lumine illo quondam schola Parisianæ: *Olea per RESOLUTIONEM* (inquit, vide, an secretionem & segregationem possis aliquam conspicerè) *variis sunt modis, virium sane MIRIFICARVM de quibus scribunt Fufius, QUI RERVM OCCVLTAMANIFESTANT.* (atten: de Riolane: hæc est, Alchymistarum periphrasis ante 441. Annos ipsis honorifica in medio

contra Alchymiam latae.

dio medicinae gremio) & deregunt. SAPIENTES tibi omnino legendi & imitari, si fama illorum maxime cupidus. (vetus translatio: Hos quoque aggredere rei huius cupidus tam famolae cum illis: Celebres nimirum & artifices & artem eorum vocat, hortaturque eos auscultari, tanto dissimilior te & schola tua) collige hinc artem ante Mesuem fuisse & constitutam, & in literas relatae tantaque in auctoritate, & dignitate, ut Medici suos discipulos ad eam discendam ablegarint. Si discenda fuit, necesse est, ut alicubi fuerit docta, idque non a sufflombus plebeis, & his, quos tu cum schola tua infra omnes etiam bipedum vilissimos abiicis, sed Syluius vestro (si vestro) teste, sapientibus. Idem Mesue de rebus medicis. c. 1. Sapientiam quoque, aut syrupum rosatum, quibus incoctum sit scammonium, propinquamus id quod PHILOSOPHI appellant separationem rei secundum speciem, re, quae est secundum materiam (hoc est, inquit Syluius, formae & virtutis specificae est materia transumptionem.) Mox pag. 27. Nec tamen omnium medicamentorum virtus sola in eum liquorem cui infunduntur, transit, sed quorundam aliqua etiam substantia. Interdum una facultas separatur ab altera, ut Rhab. & Myrrabal. in fusa virtutem dejectoriam liquori transmittunt, astrictoria retinent. Item c. 2. de myrrobalanis: Sunt quidam, qui separant. In eis, quod est secundum speciem ab eo, quod est secundum materiam: Est & modus solennis, &c. Vocat id opus MAGNI MAGISTERII. Vide annotationes Marini. Item c. 3. de rebus medicis.

*Alchymia
asate Mesue
celebris cum
suis artificibus.*

Legantur & illa, quae in oleo philosophorum referuntur admodum magnifica & praecleara. Appellatum, id est, oleum sapientiae & perfecti magisterij. Benedictum, divinum sanctum: quod Bulcasti dicebat ex philosophorum secretis promptum. Nimirum alchymia olim PERFECTUM MAGISTERIUM nominabatur, & sapientia quadam, unde & Geber de summa perfectionis appellationem sumpsit, comprehendente cum metallorum consideratione, tum variarum medicinarum arcano modo conficiendarum praecepta honestissima, vtilissimaque, fuitque in Regum & Philosophorum occulta professione: tantum tunc temporis aberant sapientes a Riolani, & scholae Parisiensis iudicio, quo volunt medicina carere hoc bono posse, & ne omnino id exulatum mittant, Pharmacopaeorum famulorum operationem utpote indignam MAIESTATE Medici, saltem addicunt. Sed operam precium est, quid Syluius ille quondam excellentissimus scholae Parisianae Medicus in illum tractatum, de oleis sit praefatus, in lucem protrahere, & pravis istis censoribus opponere. *Oleorum genus quartum* (inquit) *à SAPIENTIBUS MULTIS descriptum, hodie Chymistica arte* (imo non est alia hodie, quam olim) *magis perficitur, VIM QUANDAM IN CONCRETO ET COMPOSITO manifestante.* Haec namque ignis vehementia ex liquoribus, gummi, resinis, melle, saccharo, cera, oleaginam quandam substantiam SEPARAT & in caprellum attollit: nec minus ex plantis pinguis, ligno Guajaci juniperi, pini, larice, cedro & id genus aliis. Prater ea ex Plantarum atque adeo animalium partibus omnibus ipsum velut GLUTEN terreae substantiae HUMOREM INSITUM pinguem impuribilem (ne forte putes per putredinem omnia redire in Elementa, ut Logici ex peripato concludunt) maxime vi ignis SECRETUM nunc sursum attollit in capella, vel vtriculos, nunc deorsum in subiectum aliquem catinum praecipitat, REM OMNIBUS ALIIS REMEDIIS PLANE DIVINIOREM si Vltadio in caelo Philosophorum, & GEBERO ET VERITATI credimus: Quamquam HODIE sint IDIOTAE quidam MAGNORUM tamen MEDICORUM nomine se vendicantes qui, id ipsum CENSGATORIVM CALVMNIENTVR, ut alia prope omnia PVLGERRIMA ipsis ignota, SOLAS (VT VOCANT) RECEPTAS scribere, nulla tamen ratione scientibus. Adde quod metalla quadam Chymistis in calcem versa in oleum fundantur. Sunt, qui terrea quoque corpora, ut lateres ignitos oleo incoquant, ut vires oleo ipsi praestantissimas acquirant.

Haecenus Syluius, qui tamen nec ipse probat vulgares nebulones, qui se passim solos Philosophos vocantes obambulant, & crimina potius imposturasque, quam essentias fabricant & obrudunt. Nouit ille praeclearus vir arti veram laudem relinquere, impostores vero ex merito tractare. Idemque & postquam grauerit in hos perorauit, subiicit: *Satis sit in praesens novisse aquas & olea Chymistarum industria singulari SECRETA maximarum esse virium, &c.* Et mox de MESVE: Fuisse Mesuem factionis Chymistarum studiosum, loco in Antidotario ista non pauca plane declarant, vocis Chymisticis solennes, qualis est perfectum magisterium de suo lapide philosophico frequenter dici solitum, & sublimatio, & Alembicum, & id genus alia. Idem Mesue in historia Rhabarbari describit EXTRACTVM vltatum Regibus INDIAE: item aquam rosarum, ne putes in oleis tantum haesisse. Habet & Rhafes illud oleum philosophorum seu sapientum (Chymistarum inquit Manardus, de quorum numero & ipse fuit Mesue) ut constat hinc quoque artis verustas. Interim dum à Medicis celebrata fuit pars illa, quae inferuit medicinae, altera de metallis non fuit neglecta adeo ut Geberus, quem volunt circa annum partus virginici sexcentisimum in visis fuisse eam studiosissime excoluerit, inuentis illustrauerit suis, oleis, aquis soluentibus aliisque auxerit & praecipis variis, quae cum commentariis edidit, comprehenderit, & sic effecerit, ut factis elaborata ad posteros, qui etiam nunc legunt libros eius, pervenerit.

*Vide c. 8. de
Tamarindis,
c. 10. de rosis
c. 12. simp. de
absinth. ubi
Marini anno-
ratio Chy-
misticis hono-
rifica. c. 14.
de fumaris.
c. 1. lib. 1. de
med. laborio-
se soluentib.
Item c. 3. 7. 9.
11. 13. 14. 22.
&c.
Albert. Ma-
gnus. Thomb.
de Aquin.
Arnold. de
Villa noua.
Reimundus
Lullius.*

Porro habuit haec ars professores suos celeberrimos etiam circa annum Christi 1258. quo Albertus Magnus, & discipulus eius Thomas de Aquino vigerunt, itaque in ea & caeteris quoque partibus naturae praeter Theologiam elaborarunt excellueruntque, ut ille cognomentum Magni, hic Divorum numerum sit adeptus, leganturque eorum monumenta etiam nunc hodie.

Post dimidium ab his seculum successerunt, Arnoldus de Villa noua sumus Medicus, Chymicus & Theologus, qui etiam auri facti specimina dedit, & destillatoriam exornauit auxitque medicinarum formulis: Chrysopean vero etiam disciplina literisque exposuit:

Et Reimundus Lullius, cuius & metallica Chymia, & Medica nulli non est audita etudito, & adhuc voluit explicaturque industria eorum qui ut Mesue loquitur inquirere & manifestare occulta rerum satagunt, & secreta philosophorum indagant. Illustris autem fuit Reimundus Anno Saluatoris 1324. Arnoldus 1311. Ut videatur ille vel discipulus huius fuisse vel studiorum socius. Tanto vero cum successu hi docuerunt, tamque auide recepta & excolta fuit Chymica disciplina in Italia, Ger-

6 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

Germania, Anglia, finitimisq; Prouinciis, vt multa de ea conscripta fuerint commentaria, quæ tū nos vidimus circa annum Christi 1320. Verusto Monachorum more exarata, tum Iohannes Crato Paracelsicorum quidem tenebrionum insectator, sed veræ Chymix, cultor & admirator commendatorque non postremus.

Ita Anno 1421. Alchymiam descriptam veteri libro exhibuit, Henricus Khudorfer in eoque versiculos quosdam suos proposuit. Habebat autem ille liber, vti his oculis vidi, annum milleimum vicefimum octauum, diemque absolutionis omnium sanctorum.

Cum Fridericus III. rerum potiretur in Imperio Romano regnoque Germaniæ circa annum Christi 1440. aquæ, quas vitæ vocant, & alia Chymica sanitatis conseruandæ depellendorumque morborum causâ magni frequentisque fuerunt in Germania vsus. Itaque & quædam apud Vltadium ad ipsum refertur Imperatorem. Sed & aurum portabile quoddam describitur ex autoritate Episcopi cuiusdam Treurenfis, prædicaturque valde illud, quod Arnoldus cum gemmis dicitur fecisse, crediturque hæc fuisse medicina, qua Henricum ducem Verone Regis Arragoniæ filium leprosum iam in tertium mensem sanauit diebus tribus, quaque ipse suam senectutem fouit, quauquam ex opusculo Chymico Arnoldi colligi possit, fuisse potius solutum Philosophici lapidis.

Auicennas.

Auicennam fuisse non tantum Alchymix studiosum, verum etiam Doctorem & propagatorem, testatur Sorfanus in vita eius. In tantam molem tunc excreuerant volumina & tractationes huius scientiæ, vt in compendium ab Auicenna redigi debuerit. Natus est iuxta Sorfanum Anno Hegyræ 370. iuxta Rhainusium Anno 373. mortuus anno fugæ eiusdem 428. cum vixisset annos 58. Ex Hieronymo Rhainufo voluit natum anno Christi circiter 957. Cui refragatur antiquitas commentariorum Auicennæ. Apparet eo tempore floruisse, quo ante diximus nos vidisse librum Chymicum in Germania scriptum, nempe 1028. vel circiter. Legimus in eius operibus de aquis stillatis seu sublimatis, de liquoribus vel succis extractis, de hydrargyro sublimato, arsenico sublimato & similibus, non ad aurificium, sed medicinam accommodatis, & adhuc ex præscripto principio Arabiæ factionis vsurpandis, id quod constat ex practicis Arabicis authores secutis, vt Valefco de Taranta, Iohanne Anglico, & callis. In sagoge Tornamiræ legimus Montis pessulani Medicos etiam publice ex Chymicis aquis similibusq; fecisse remedia.

Ita Valefco de Taranta, qui scripsit an. Ch. 1418. fuisse prior Auicenna, &c. Auicenna, Auerroes, A-benzoar, an. 1149. tēpore Cōradi, Imp. alias dicuntur floruisse.

Eidem arti deditus & Sauonarola fuit circa annum reparatæ salutis 1490. indeque innumeris exultoribus ad nostram ætatem peruenit.

Vltadium anno 1525. Cælum Philosophorum Friburgi Heluetiorum dedit ad nobilem Felicem de Hennafo.

Augustinus Pantheus Voarchadumiam de metallorum transmutatione vera contra sui temporis impostores, quos communiore notioreque nomine appellat Alchymistas, edidit anno 1527. Sedente Leone Decimo, & editionem cum suo legato probante, nec improbâre Venetorum tunc Principe Andrea Griti.

Eodem anno Basileæ publice docuisse perhibetur Theophrastus Paracelsus natus anno Christi 1493. mortuus 1541. Septemb. 24. Hic non erubuit confiteri se remedia à Chymicis accepisse, & his ipsis etiam scientiam artis Chymix debere. *Antiqui Philosophi (ait in 2. parte Chyrurgie Mag. tractat. 3. cap. 1.) studiosi indagandarum longa vitæ causarum (recitamus breuiter sententiam) desituri, vero perfectæ preparandorū componendorūq; medicamentorum scientia, ab Alchymistis eam petere non sunt veriti, atq; sic vtrorumque conjunctis laboribus genuina preparandorum remediatorum scientia exorta & variis Chemicis experimentis in medicinam transfusa est aucta, maxime vero tincturis & floribus metallicis, quarum tincturarum quanta fuerit efficacia, antiqui ea de re Codices testantur, quos diu à pseudomedicorum turba suppressos, nos publicos facere non dubitauimus. Remedia nostra ex Chymicorum schola prodijisse non dubito fateri: Et quoniam Chymica ars infinitis erroribus satere visa est, illud quoq; Augiæ stabulū repurgandi laborem sumpsimus: in quo feliciter mihi versari licuit q; ab ineunte ætate magno artis studio captus summa diligentia sub excellentissimis præceptoribus arti huic studuerim. Præceptores enim fuerunt Wilhelmus Hohenheimius Pater & alij infiniti: præter hos quoque, scriptis adiutus sum Seth. gij Episcopi, Erhardi Laurentij, Nicolai Hipponensis Episcopi, Matthæi Schachthij suffraganei Freisingensis, Abbatis Spanhemij aliorumque doctissimorum Chemicarum: Quin & variis eorum experimentis factus sum locupletior, inter quos honoris causa nominandus mihi venit nobilissimus vir Stigismundus Fueger Schwarzgenf, qui magnis sumptibus pluribus ministris sustentatis magna artem Chemicam accessione locupletauit. Hæc ibi Paracelsus. Neque vero falsa scribere est, putandus quandoquidem seculum istud & exercitiis Chymicis, & voluminibus scaturit, cumque iam plures tractatus typis publicis sint impressi, nihilominus æernimus, subinde ex tenebris prodire plures, ita vt ne thesauri quidem multi videantur sufficere capiendis, nec Theatra. Quod autem de imposturis quoque istorum temporum coqueritur, confirmatur Augustini Panthei factis, ex quo pater, circa Venetias inuidiosum nomen fuisse Alchymistam, aut saltem suspectum. Itaque vt declinaret populi indignationem re ipsa retenta, nomen mutauit, tanrumque hanc Alchymiam dixit, quæ fucis metalla tingere, vt fiat auri argentiue similia, docet, & porro etiam ad fallendum adhibet, cum ista coloratio per se non sit illaudata, habeatque exempla publica factitii orichalci vtriusque generis, & alia. Paracelsus autem expurgaturus Augiæ stabulum, totum pene diruit, & à fundamentis concussit non tantum Chymiam, verum etiam medicinam & reliquas liberales tam artes dictas, quam scientias.*

Paracels. in veteri medicina, Chymiam, Physicâ, &c. Duxerit animaduertit.

In præfatione libri de peste, quæ Norlinge scripsit quater mille annorum ante se proditorū libros repudiât, vt solus sit princeps & Monarcha. Medicinam Hippocraticam & Galenicam alicubi expressè repudiât, æcerbissimeque persequitur & vituperat eius professores. Sed in primo de pestilentia tractatu primo, vbi de Chelidoniæ contra imaginationes magicas amuleto disserit, adeo non reiecit Galeni & Hippocratis decreta, vt etiam amplius velit videri Galenicus, quam omnium scholarum profes-

contra Alchymiam-latæ.

7

fores publici. Quem verò Galenum, Hippocratem Auicennam, agnoscit? Immutatos nimirum ad Chymicorum ingenium, vt ne sic quidem autor possit esse nouæ doctrinæ, quandoquidem eam aliunde hausit. Ita enim narrat; *In Oppidi Brunovia Bohemorum quodam cœnobio verissima minimeque depravata Galeni & Auicenna volumina reperiuntur, ex quibus ipse sit Galenicus melior quàm omnes, qui vulgò appellantur.* *Paracelsus Galenicus se professus* Idè explicauit Hippocratis aphorismos, videriq; voluit Hippocraticus, Machaonicus, Podalyricus, Apollineus. *In præfatione lib. 1. defens. ad Carinthios. In Paramiri prologis, Hippocrate spirituali & Galen. characteristicæ medicinæ plus addicit, quam naturali.* Mendacia quidem hæc esse non diffitentur nec dubitant viri eruditi. Veruntamen apparet fugisse eum nouitatis crimen, & in se priores voluisse transferre. Multos autem ex admiratione artis nouo modo discendæ exercendæq; & fama mirabilium operum in Chyropœia & sanationum in medicina nactus est sectarios: ex quibus memorabiliores sunt Alexander Suchthenius, Dornæus, Dorneiferus, Fedro, Seuerinus Danus, Leo Suauius, Quercetanus & alii, quanquam pauci probent omnia, quæ Paracelso ascribuntur: nec sane pie vereque possunt omnia recipi: Sed nec omnia repudiari, estque in aliquibus modus explicationis & enunciationis diuersus potius, quam res ipsâ in quo permittendum aliquid est ingeniorum diuersitati. Verum enimvero mature restitutum Paracelso est à plurimis, vt docent cumuli isti querelarum & inuestiarum passim in tomis eius occurrentes. Præ cæteris calamum in Paracelsi doctrinam strinxit Erasus. Iohannes Crato quoque cum veram Alchymiam minime damnet, Paracelsicas tamen futilitates ferre non potest. *Nec ego (inquit in dedicatoria Therapeuseos Galeni) laudabilia medicamenta vitupero: κακὸν δὲ ἐστὶν ἰσθμῶν & inane ἰατρίαν & mores thessalicos, quibus se supra omnem antiquitatem & sæculi nostri excellentiam collocant, non probō, &c.* Qua mente fuit & Gesnerus, Zwingerus, Fallopius & omnino plurimi celeberrimorum Medicorum, nec sunt alia, qui adhuc hodie laudabilem operam cum Medicinæ, tum Alchymicæ nauant. Et hæcenus de initiis progressu & propagatione Alchymicæ vsque ad nostram ætatem, vt constat, hanc artem à prima sui origine audivissime accepit, exultamque fuisse non vno in mundi loco, sed vbicunq; digna homine ingenio scientia pedem posuit, ne dicat Censor abiectam contemptamque iacuisse vsque etiam hodie, nec nobis tantopere suæ Medicinæ (quam tamen & nos profitemur) annos bis mille deprædicet, cum Chymicæ authoritas etiam altius possit repeti. Sane Plinio & Homero teste, Medicina nostra circa Troianum bellum fere tota fuit Chirurgica (fuit id bellum A. M. 3772.) Bello Peloponnesiaco Hippocrates Clinicen instituit: (Censori Clinicus est famulus Medicorum ægrotis cibum ministrans) & præcepta Medica ex templis dicitur collegisse. Successit postea Galenus, artemque illustravit commentariis vberissimis, adeo vt etiâ concidi debuerint, & in Epitome redigi. Interim quam sæpe mutata fuerit, qui cognoescere cupit, Plinium consulat, lib. 29. c. 1. & alibi. Non habet Galenica disciplina, vnde se præ Alchymia tantopere iactare possit argumento constantiæ & veritatis: Imo recepta Arabum doctrina simul etiam Alchymiam in suum complexum sinumque admisit, gauisâque est tam præclara accessione se auctam, licet non desint qui Arabum disciplina explosa purum profiteantur Galenissimum, vt ne sic quidem secum contentiat vetus medicina. Nunc de Parisiana Censura.

Diximus Paracelsum non tantum mutasse Alchymiam veterum magna ex parte: Sed & Medicinam, Physicamque inuertisse totam, ita vt ex plana simpliciue euaserit symbolica, seu parabolica, in qua maioris mundi rerum nominibus & virtute essentiaque estimantur, appellanturque non tantum ea, quæ sunt in homine seu sano, seu egrorante, verum etiam præcepta principiaque Medica, Physica, & medicamenta, idque sit tanta cum pertinacia, & fervore, vt decreta prisca plane explodantur: Quin & ab aliquibus confundatur cum Alchymia Medica, definiaturque Chymia vera ars & scientia medendi: anatomia vero topica irrideatur introducta quadam alia essata ex Alchymia, quam præcedit nescio quæ chiromantia: comitatur astrologia, magia & alia, de quibus abunde tum Paracelsus ipse commentatus est, tum Seuerinus, Fedro, Quercetanus cum aliis, quanquam multa tolerabilius enunciauerint, nec vsque quaque illum monarcham sint secuti omnes.

Nuper item cum in publicum prodiret Grammanus quidam ex concionatore Paracelsicus agyrtæ factus, nihil aliud in Galenicis intorsit, quam ex ista pharetra venenatissima, Ambaldus a. im. postor nouus non tam Paracelsicæ studuit, quam sua quædam cõmentata de Panacea & terra sigillata, q. v. vniuersalibus medicinis, proposuit, adeo confidenter, vt nõ dubiter scribere, Paracelsum, qui omnes & præcedentes & posteros præ se contempsit, seq; iussit sequi, si viueret, ad se venturum. Nos quidem in Germania hos & similes thessalos quo studio potuimus, confecimus eoque rem perduximus, vt nõ aut sint in publico quicquã nobis, præter anilia quædã conuicia, quæ negligimus, opponere, nec possint villo fide digno argumento suã causam defendere & comprobare.

Quercetanus a. in Gallia quantum ad nos peruenit medicinam cum laude factitantè, & chymiatricã maxime illustrantè licet, ad Paracelsicã illa à Seuerino explicatius reddita paulo studiosius inclinantem, nuper schola Parisiana est aggressa, vsa ad hoc ingenio Riolani. Operæ precium fuerat separare ab Alchymia medicinam, & in hanc inuectas absurditates confutare solidis inuictisq; argumentis. Quæ v. prauitates Chymicæ quoq; sunt immixtæ, eas itidem abstergere, & seruata artis honestissimæ liberalissimæq; dignitate prodigiolas opiniones damnare. Non alio consilio nec modo nos Paracelsica delirata pluribus libellis confutauimus, & vt Chymicæ præcepta à medicina essent segregata, artem ipsam varie disperfam ex pluribus autoribus operosissime collegimus, nec sine multo labore methodo conuenienter instruximus, indies adhuc cogitantes quomodo eã possimus explicatorè dicentibus relinquere. Sed nescio, quo fato euenerit, vt cum Quercetani medicina (quæ est Chymiatrica quædam & non sincera Alchymia) ipsa sit damnata ALCHYMIA. Ita loquitur & suum decretum proponit schola in apolog. pro Hipp. & Gal. Med. Nõ tãtũ Quercetani libros spagyricos damnat vnanimi cõsensu: sed et artẽ ipsam spagyricã: Et pag. 46. Artẽ spagyricã vt pravã & inutile repudiamus. pag. 76. nomẽ spagyri esse proptus inane contendõ, cui nullã ves

8 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

subsit. Titulus est sine re. At inquires, schola correxit id iudiciū in brevis discursus calce. Et nō Alchymia repudiat, sed Quercetani portetia similesq; corra verā medicinā opinionet, nec nisi similes Chymistas dānat. q. nimirū principis morborū causis & remediis à dogmaticis d'issentiant. Sit hæc inq; precipitati nimirū iudicii correctio qdamat nihilominus etiā in apologia ad famosam Turqueti responſionem legimus, negotiū Alchymie agi. Rogo te lector, inquit architectus, Riolanus, nimis iuueniliter ibi exulans, per Apollinē & sacras musas, vt cōsideres, nō cū diligenter quā doctē patronus suum clientē, quin ēt Alchymiam ipsam à censura scholæ Parisiensis liberet? Et pag. seq. Alchymiz principia subruere se voluisse ostendit autor; Item pag. 7. Alchymiz dignitas hac arte & methodo ventilabatur: pag. 15. Alchymiz hic causa agitur, non Quercetani. Hæc apologia schola ipsa fulmine in Turquetum comprobavit. Num pœnite re eam potuit facultatis iam bis commissæ? Eñ, inquis, Alchymiam damnauit, quæ se artem bene medendi vocat, & Hippocraticam irridet. Nempe si aliquis inſpicere uideret, medicinam esse artem herbas colligendi, aut coria tingendi, tu medicinam in cruce ageres, & non potius hominem stultitiæ, & infantiæ reum faceres? Non esse istam medicinam, sed aliud quid demonstrasse oportuit. Rursus: Non Libanij, sed tuam Alchymiam schola damnat. At nāspiam ſeiungitur Alchymia simpliciter reicitur: Et licet habeat pauca bona, tamen multa mala inesse dicuntur. A maiore vero denominatio est, vt disputat Riolanus: ne dicam rebus veræ Alchymiz partim contentis, partim explosis, non posse salutem esse Libanianam. Verum nos cum schola ista quicquid sane sentent, non instituemus litem. Lucanus de Sylla:

*Ille quod exiguum restabat sanguinis vrbi
Hauit, dumque nimis iam putrida membra recidit,
Excesit medicina modum nimumq; seuta est,
Qua morbi duxere manus.*

Censor vsus est his argumentis, quæ à quouis in veram artem possunt dici, & sic discerentium animos ab ea prorsus alienare, uno totam ad Cynosarges mittere, dignitate que exuere omni. Hæc ex quatuor libellis colligemus, perpendemusque primum: Deinde facultates alias, eiusdem in meridiano sole expandentes demonstrabimus. Academiam istam non bene sibi consuluisse, tam insipido, maleque instructo cenfore in re grauiſſima difficilimaque vrentem.

*Alchymia
an ars vel
scientia.*

Argumentum primum, quod Alchymia neque ars sit, neque scientia, inuenitur pag. 10. & 11. *apologia pro Hip. & Gal. Medicina* Recenset Riolanus tres famulos tanquam operarios medicinæ, Chirur- gum, Clinicum & Pharmacopœum. (sicut hypothesis Alchymiam esse vnam ex familiaritio Medicinæ hippocraticæ) cum non sit in Clinice, necin Chirurgice, consequens est, ad pharmaceuticam pertinere. At hic neque ars est, neque scientia. Omnino ergo neque ars est neque scientia. Quod in pharmaceutice non sit ars aut scientia, probare annititur censor per membra. *Duo sunt officia pharmaceutices præcipua* inquit, *vnū in delectu, alterū in præparatione remediōrū.* Quid hinc? Ratio postulabat, vt colligerent neutra in parte esse Alchymiam artem. At digressione ad quintæ essentiz vexationem erat luxuriandū. Sed cur tandem in neutra est ars vel scientia? *Distillatores*, inquit, *sunt ministri pharmacopœorū.* Quid tum in quā parte? Non est idem distillator & Alchymista. Fortassis Alchymia ex suis seruulis aliquē cōmodo dedit præcariorie concessit pharmacopœo, non vt ei ministraret, seruulus, sed vt pharmacopœus vester disceret etiam à mancipio Alchymistæ, qui hoc ipso officio sit Dominus & Doctor illius. Hoc si est, certe regina est Alchymia, & te dignitate longe vltra vestra pharmacopolia extollit. Fortius arguere. *Potesis*, inquis, *istā partē pharmaceutices, quæ est de præparatione remediōrū, distillationum, multū formulis amplificare, & illustrare. Nouā artē constituere nō potestis.* Belle disputas. Non vrgemus. Si famulum nostrum non vultis remittere cum bona gratia. Non obtrudemus nobis nouam artem, quæ nobis noua est minime, sed hippocratica disciplina etiam antiquior. Vbi vero vis argumenti tui o Censor?

Distillatores.

Alchymia deſtillatoria præparationem Galenicam potest multū formulis remediōrum amplificare & illustrare: Non facere nouam artem.

Ergo neque ars est, neque scientia.

Num tu etiam sapis? Quod artem tuam præparatoriam amplificat & illustrat formulis multis, an non affert tenebrōsā lumen, & inopi incrementum? Quod artem auget, estne inertia? Nos ex eodē fonte sic contra te concludimus.

Quod in artē insert formulas eas, quibus ars amplificatur & illustratur, id necesse est artē & scientiam esse. Neq; enim heterogeneis ars augetur, sed homogeneis. *Alchymia in artem medicam pharmaceuticā insert istas formulas, vt constitetur Riolanus. Ars ergo est, & scientia.* Scientiā addo, quia impossibile est: id fieri sine theorematibus, quorū merito scientiæ dicuntur.

Deinde, *Si partes artiū ex affectione speciēū ad genus* (nam vtrōque modo considerantur scientiæ & artes integre & generice) *sunt artes propter homogeniā & consensū speciērum cū generibus essentiale partes artiū sunt artes scientiarū, scientiæ.* Atqui prius est: Posterius ergo. Connexum probo nō tamū in clauso argumēto, verū etiam euidente, inductione. Nam definiendi ratio est ars, & est membrum artis Dialecticæ: Diuidendi industria est ars, & sic deinceps: idque valet etiam in Rhetorica, Musica, Arithmetica, Geometria. Imō omnes partes philosophiæ, sunt quædam philosophiæ, vt philoſophia physica, Ethica &c. Quid n̄ ergo pharmaceuticæ quoque medicinæ? An si Medicina ars est, Chirurgice non est ars, neque Diætericæ? Dic censor.

*An ars vbi
tus accessu
nouū mem-
bri noua. Nū
quia species
sunt vbi nu-
meri? Acces-*

Non facit nouā artē. Sit ergo illa ars antiqua, & si apud vos non facit, maneat ars in suo regno. Est autem magna quæstio, an non quæ ars pridem erat, amplificatione, & illustratione, seu accessione nouorum præceptorum quodammodo appellari possit noua, nisi fortasse auctoritate Plinii velis interpolam dicere toties, quoties medicina est mutata. Sed cur non noua queat pharmaceutice dici, si aucta est tanta ex Alchymia accessione? Vobis tamen non erit noua ars ab augmento, nisi eodem iure cæteros præparandi modos nouos, nouas artes facere confiteri velitis. Sic argumentare.

Contra Alchymiam latæ.

Si nomen artis distillationi concedendum sit, etiam coctioni, infusioni & expressioni: Atqui hoc non. Neq; ergo illud.

O argumentum Cenforem! Proba assumptum. Cur enim non coctio, si arte fit, & præcepta habeat homogenea certa methodo comprehensa, sit ars? Cur non expressio & infusio? An plumbeus erat Aristoteles, cum elixationem artificialem conferret cum naturali? Si tuæ Pharmaceuticæ membra non sunt artes, nempe singulares quædam sub tota generali, quò argumento persuadebis totam esse artem? Perge eo modo etiam de cæteris medicinarum membris argutare. Medicinam tuam totam inertiam dæmonabis. Et tamen mox audes Pharmacopœum **Α Τ Ι Ε Μ** appellare? Quo iure est artifex, si operationes eius non sunt artes quædam? Potesne ferre Aristotelem iudicem, quem immerito tibi fingis notissimum? *Ars est, inquit in 1. mag. mor. 33. circa ea, quæ in faciendo sunt posita, vel circa facturam. Scientia est factum. circa id, quod sub scientiam cadit, quod cum demonstratione & ratione est explicatum.* Dico vero tibi, & te coniucam, Alchymiam versari circa facturas, seu opera quædam; (Facit enim olea, aquas, & omnino magisteria & essentias artificiosæ) item habere principia sua axiomatica, quæ tum sciuntur ratione, experientia & usu, tum scientiam per demonstrationem ingenerant, ut hoc sit faciendum, vi istius principii seu decreti sapientis in Alchymia. *Arsigitur est & scientia. In sexto Nicom. Ars est habitus cum ratione veri effectus.* Si tot mundi seculis sapientissimi homines in Alchymia nondum constiterunt habitum, nec ratione sunt usi, veraque opera effecerunt, velim ex te scire, quidnam tandem sit habitus, ratio & effectus veri. An tui Pharmacopœi, cum aquas & olea destillant, non faciunt id habitu, sed priuatione, hoc est, ignorantia? An non ratione, sed temeritate & fatuitate? An nihil veri, sed omnia falsa? Verum & tu, qui es maiestate tua Rex Pharmacopœorum, ex quibus principiis iubes eos destillare? Non vis operari, sed imperare. An nullam habes scientiam imperandi? Haruetus tibi opposuerat aliquid argumenti, id tu nomine Antaruæ in arenam prorepens, pag. 8. sic reponis: *Obijcis: Preparatio chymica est artificialis. Ergo ars. Ridicule, Quia omnes pharmacopœorum preparationes debent esse artificiales. An singule distillantem artem constituunt.* Hæc tu. Sed uter vestrum est magis ridiculus, tunc cum fatua tua responsione, an ille cum sapienter tibi obiecit? Die Cenfor, quid est artificiale? An non illud, quod principium suæ generationis habet artem? (Fortasse me hic iridebis, quia generationem arti attribuo, quod tibi non placet. Sed puta Aristotelem dixisse, omnem artem versari circa generationem, comminiscitur & contemplari, ut eorum aliquid fiat, quæ esse & non esse possunt, quorumque principium est in eo, qui facit, & non in eo, quod efficitur, cuius contrarium sit inertia, &c.) imo artificem. Artificiale enim ab artifice dicitur; sed artifex ab arte, ad quam tandem & illud redit, sicut naturale est, quod à natura est, vel naturam habet, & secundum eam fit. Si itaque omnes præparationes pharmacopœorum sunt artificiales, omnes erant ab arte profectæ, & quidem omnes simul ab arte communi; singule vero à sua in specie, cum si singularum ars non est, omnium esse non possit, atque ita ipsa functio minime dici ars queat. Sed prome pulchriora.

si nomen artis, aut distillatione mutantur. Sed & perfectio & manco distinguuntur. Nihil simul inueniuntur & per-

Alchymia non est ars vera: Quia principia habet falsa.

Cum probaueris, Alchymiam habere principia falsa, dabo tibi, Alchymiam non esse artem. Sed nunquam id efficies. Saltem hoc responde: Sane aquæ & olea sit llatitia spirituumque, quæ concedis à Chymicis, utiliter ad amplificandam & illustrandam medicinam tuam. ea parte, quæ appellatur Pharmaceutice, opera quædam vera? Num sunt digna, ut præceptis instruantur? Si negaueris, delirium te esse, sensuque captum aperte contestaberis, & ex numero sapientum euicieris. Quo tibi effecta vera, & effectum arguit suam causam, necesse est ex præceptis scientiaque vera existeret, nisi fortasse, ut ladi-bundi Logici, ex falsis extruunt vera tui Pharmacopœi. Sed non est consentaneum, idque fecus habet in omnibus cæteris veris artificibus iam multis seculis. Quodni ergo Alchymia habeat principia vera? Et cum verorum principiorum scientia sit, falsorum non sit. Confectum simul est, Alchymiam esse artem veram & scientiam.

Alchymia non est ars: Quia vniuersa consistit in præparatione remediorum.

* Ohe Cenfor! Quo te tuamq; scholam præcipias? Falsum est argumentum tuum. Alchymia enim longe amplior est habitus, & sui saltem partem quandam præparandis medicamentis accommodauit, indeque eam potest recipere, si repellitis ingrati. Deinde finge, sic esse. Num ergo vestræ præparationes nullam habent artem, hoc est, materiam certam, nec methodum? Quod materiam & formam artis habet, id omnino artem habere necesse est. Fernelius & alii Medici, qua conscientia distillatoriam præceptis & methodo instruxerunt, & in arte medica posuerunt? Tanto tu d'generasti à Fernelii cathedra.

Argumentum secundum.

Non dubito, inquis, in Apologia pro Hipp. & Gal. quin ista remedia à Diabolo sint inuenta, in ruinam generis humani. Serpens iste malignus excoxit aut pro benignis, quæ suo clienti Paracelsus communicauit in vulgus dispergenda. Pauca bona, ut aquas & olea inmiscuit, ut deleteria illa essent graviora. Loqueris potissimum de talibus, qualia sunt, vitium tibi, & præcipitatus. Sed concludis generaliter: Itaque, ex Chymicorum remediorum usu certius imminet exitium. Alibi sic ais: *Alchymia à primo inuentore Diabolo potius, quam Hermetica nuncupanda est. Antaruæ quoque pag. 2 f. cum de essentis & extractis agit, in hæc prorumpit verba: Potestis dare vestris essentis & extractis actionem naturali vehementiorem, & calorem intensiorem: non potestis meliorem: imo non potestis absq; temperie retinere naturalem. Qui aliter sentit, Deo & nature iniuriam facit. Hac falso fundamento malus genius docuit vos mista corrumpere. Pag. 49. Cacadamon ministro Paracelsi M O R T V A M (Alchymiam) resuscitauit, & quasi nouam vitam illi dedit, in ruinam operum Dei, & perniciem generis humani. Ille docuit mixta corrumpere, hoc falso subnixus fundamento, spolianda esse sua materia, ut separantur essentia, quibus si seruetur vnus, mille pereunt. Hæc sunt artes maligni spiritus. Pag. 86. Nulla re maiestas Dei magis luceat, quam harmonia illa elementorum, ex naturis contrariis temperiem seu mixtionis conuentum admirabilem elicit. Nihil est, quod magis nos erigat in arti-*

** Nota: errant illi, qui chymiam dicunt artem medicinam faciendi, hoc est, alixr illud sum, transmutatione tamen metallica dæmonata. Ex parte enim insufficientem dant definitionem; ex parte tro-po peccant: aliqua etiã falsum statuunt de medicinis chymicorũ antiquorũ. Chymica resueda an à Diabolo inuenta. Pag. 9. apol. pro Hipp.*

10 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

scis admirationem. At vos igne destruitis istum ex contrarijs natum mirabilem concentum : cuius hoc inuentum, si non Diaboli, opera Dei quantum potest demolientis. & hanc gloriam Deo Optimo Maximo inuidentis. Pag. 21. apol Hipp. de chrysopeia, qua est nobilis pars Alchymia: Hu & similibus nugis ita credulos infatuastis, vt relictis solidioribus disciplinis, ad DELIRIAM hanc & prestigiatriam em artem conuolent, &c. Hæc tu valde cenforiè, & ex dignitate scholæ Parisiensis. Egredere fortasse, tibi tua flagitia totidem reponi verbis. Sed consulendum est posteritati, vt sciat, qualem serpentem & careinoma ista schola aliquando fouerit. Ne indigneris, etiam compendio syllogistice comprehendam, iudicaboque, & tandem contra totam tuam medicinam ex eodem principio concludam. Tu esto interim patiens & attentus.

Quod à Diabolo introductum est in contumeliam Dei naturæ, & perniciem generis humani, non est ferendum.

Alchymia à Diabolo introducta est in contumeliam Dei, naturæ, & perniciem generis humani.

Alchymia ergo non est ferenda.

Alchymia, quam Cenfor Diabolo ascribit.

Minor primum declaratur per explicationem vocis Alchymia, nempe eam designari artem, cuius instaurator dicitur Paracelsus, cuius res sint olea, aqua, vitrum sibi præcipitatus, chrysopeia: quæ pauca bona sociauerit deleterijs, vt hæc essent gratiora: quæ parat chymica remedia: quam Hermeticam dicunt: quæ essentias & extracta facit: quæ mista resoluit propter essentias: quæ igne destruit mista. Deinde comprobatur his prosyllogismis. Est à Diabolo introducta Alchymia, &c.

1. Quia remedia maligna habet pro benignis.
2. Quia pauca bona iunxit deleterijs, vt hæc gratius occurrant.
3. Ex remediorum chymicorum certius imminet exitium, ita vt si vnus seruetur, mille pereant.
4. Non potest essentias & extractis suis dare calorem meliorem, sed deteriorem, vt pote vehementiorem: quasi alicuius res bonas peiores ad usum facit.
5. Quia mista corrumpit, nec retinet temperiem naturalem, quæ est in Deum contumelia, &c.
6. Quia falso subnititur fundamento, essentiarum gratia spoliandas res esse sua materia.
7. Chrysopeiam habet deliram & præstigiaticam, à magistratu prohibendam, & cuius per libros editos vulgatas res maiori feneritate coercendi.
8. Quia studiosos sui misere perdit, &c.

Respondetur ad syllogismum, negando assumptum. Deinde considerentur eius prosyllogismi. Declaratio, vocis Alchymia plura confundit, atque ita plurium interrogationum Elencho contaminata est. Debit Cenfor manifestius dicere, & sine confusione, de qua Alchymia iustus sit censuram agere, & de qua non. Quanquam enim vna duntaxat ars est, quæ hoc nomen sibi proprie vindicat, euenit tamen improborum hominum imposturis, & imprudente multitudinis imperitiæ iudicio, vt mala bonorum vocabulis simul denotentur, vt videte est apud Pantheum, qui impostoriam damnat: veram, licet absque necessitate, confecto nouo nomine docet. Procul dubio autem voluit schola Parisiensis, non ipsam per se artem bonis præceptis fornaque ad finem in vita vtilem constitutam, è numero bonarum exclusam, sed quicquid fraudum peruerfitatumque est in eam illatam.

Schola Parisiensis sententia videtur à Cenforis alia esse.

Paracelsus.

Deinde videtur, non Alchymiam à Paracelso repositam, quatenus est id, quod est & ab antiquis tot centurijs annorum comprobata, nec vili sui parte medicinæ sociata, voluisse attingere. Sed quam PARACELSIAM appellamus, quæ completitur rotam medendi rationem Paracelsicam, omnesque eius de magia, arte signata, astrologia, magno paruoque mundo, & huiusmodi plures vesanias, quibus nihilominus insperit res bonas, non à se inuentas, vt consistit ipse, sed à prioribus acceptas. Huius rei specimen videre est in chirurgia parua, quæ neutiquam est contemnenda: sed cum eam vertit in magnam, magicis delirijs alijsque commentis ita miscuit, vt iam sit vere Paracelsica, in qua tamen damnatis deliramentis, quæ sapientiam veterem sapiunt, retinentur. Ita CRATO recte scripsit, in Alchymia Paracelsi esse quidem veterum inuenta, sed longe peruersius obscuriusque tradita, quam ipse legerit in antiquo quodam volumine ducentis ante Paracelsum annis scripto. Si ergo hæc est sententia scholæ Parisiensis, quod colligi potest etiam ex breui discursu, vbi Libauii Alchymia non, sed Quercetani damnatur (quanquam & hoc sit imprudenter dictum cum Quercetani Alchymia, quæ per se sibi hoc nomen postulat, si perplexitates illas obscuritatesque votum tollas, non abiiciendas habet at remediorum formulas) non satis meditatus est functionem suam Cenfor, cum illam designat Chymiam, in cuius complexu est chrysopeia, olea, aquæ, spiritus, essentia quinta, elementa, principia, tincturæ, Antimonij vitrum, præcipitatus, & reliqua omnia suo genere & æstimatione præclara. At vitio Fernelio schola damnauit non tantum abusum Antimonij, verum etiam antimonium ipsum. Ergo & nunc ars cum abusu artis abiicienda. Inquam ego, quid tunc impulerit scholam, vt sic statuerit, non multum curor. Rem per se si consideres, non debuit sic iudicare, sed extorquere manibus imperito: um in edicamentum periculosum, quod tamen cum à peritis ex arte, prouideque adhibetur, in varijs potest esse vtilissimum, vt ostendemus suo loco. Cur non pari sententia repudiatis Elleborum, Mezereum, Esulam, Lathyrin, Ricinum, &c. imo & vinum, gladios, bombardas, puluerem pyrium & similia? Non satis est, imo ne sapientis quidem, dicere, puluis pyrius est Diaboli inuentum: stybium est Diaboli inuentum: præcipitatus est Diaboli inuentum, &c. Res ipsæ ad bonum & malum perinde se habent. Quando malitia hominum in malum vertuntur usum, hoc à Diabolo est. Aliàs puluere pyrio etiam eos defendimus, & hostes prosternimus: eodem vtitur etiam ad medicinam & varia oblectamenta, aut etiam ad opera quædam mechanica. Longe magis ignis erat execrandus, quam puluis iste Diabolo ascribendus. Ignis enim eum in furorem agit, igni fiunt nocumenta. Atque hæc de declaratione paulo fusius, vt intelligat suum morbum Cenfor, dicatque de rebus accuratius iudicare. Imperitiæ signum est, inquit Arist. paucis inspectis facile pronunciare. Ab hac nota maculaque videat, vt se immunem reddat Cenfor.

Quercetani Alchymia per se non est damnanda. Chymiatrui non recipimus. Res cum abusu aliquando damnatur, vel potius aboletur, vt serpens. Mosis cum cultu. Sed dispar est ratio censurarum.

Primum prosyllogismus in artem præclaram iniuriolus, scædum est mendacium, & refutatitur à Cenfore

contra Alchymiam latæ.

Censore ipso, qui non potest negare, Alchymiam habere bona quædam, vt aquas stillatitias, & olea, eaque non paruo numero, & non vna forma, ita vt iustam artem hæc sola complere possint, Si habet itaque bona & benigna coniuncta malignis & deleteriis, tam parum erat Diabolo asseribenda, quam parum medicina Censoris, qui Medicis tribuit alimenta, medicamenta, venena, & in his habet Alexipharmaca, item medicamenta ponit benigna, maligna, seu venenata, & media. Quo circa

Alchymia vera res bona.

Si verum est, Alchymiam esse ab autore Diabolo, quia bonis adiuncta habet deleteria, etiam medicina Galenica est à Diabolo: imo mundi complexus à Diabolo erit, quia tam in celo ponuntur stellas benefica & malefica, quam in medio mundi varia genera bonorum & malorum.

Atqui impossibile hoc est. Quamquam enim Diabolus inuexit multas prauitates, res tamen ipsæ neutiquam sunt Diaboli, vti nec historia & scientia illæ, quibus ea declarantur secundum naturam.

Impossibile ergo & illud.

Eodem iudicio absoluitur & secundus prosyllogismus, qui insuper etiam aliud mendacium à fine habet, quasi Alchymia ideo pauca habeat bona, vt maligna eo astutius persuadeat hominibus. Hoc si quis de Hippocraticis, quando maligna sua pharmaca saccharo, melle aut aliis blandioribus condimentis inducunt, vt palato stomacho que gratiora occurrant, & promptius sumantur ab ægrotis, diceret, conuitium foret. Quid est, cum tribuitur Alchymiz, quæ suo fine contenta, nulli porrigit medicamenta, sed medicæ facultati hoc relinquit? Dic Censor, an non calumnia est atrocissima? Inuertatur ergo eodem modo:

Alchymia non inuadit in medicinam.

Si à Diabolo est Alchymia, quia deleteria tractat, & medicamenta bona, & vtraque Medicorum vsum exponit, aut etiam alijs vsurpanda committit, Galenica medicina pariter est à Diabolo.

Nam & hac tractat vtraque: imo miscet sæpe vno cumulo, & hominibus voranda prescribit.

Atqui hinc neutiquam pronuntiandum est, quod sit à Diabolo medicina.

Neque ergo chymia.

Tertius prosyllogismus mentiendo omnem & pudorem & improbitatem exuperat. Quam præclara enim habeat Alchymia ad conferuandam vitam, vel solæ aquæ, quas ob hoc ipsum diuturna experientia edocti, vitæ appellant tam eruditi, quam plebei. Dicit Censor, se de nonnullis locutum. At ferulam petulant linguæ. Particulari aliquo non erat abiiciendum totum. Neque enim medicina tota Diabolica est, si venena porrigit, quibus fieri potest, vt seruentur nulli. Deinde turpis Elenchus à dicto secundum quid committitur, vti & accidentis. Quid enim ad artem Vulcaniam, si quis vel incautus vel improbus ædem cremet? Sed quæ sunt illa chymica, quibus vno seruato pereunt mille? Sibi vitrum, & precipitatus. Quis hoc dicit? Riolanus Chymicorum tam hostis, quam peritus artis. O hominem audacem! Malus vsus fortasse id effecerit, in quo non Alchymia, sed medicina erat accusanda. At bono vsu peritoeque Medicus illis ipsis, vt vna moriatur, mille potest seruare, vti de Antimonii vitro comprobatum est Centuriis Martini Rulandi patris; & indies pene occurrunt exempla. Si hoc argumentum petenda esset medicina Hippocratica, tunc ferres? Vulgi sermo est de Galenicis: Nouns Medicus, nouum cœmeterium. Nostin' illa antiqua Plinii de Thessalo delente cuncta maiorum placita, & rabie quadam in omnes æui Medicos perorante, suoque sepulchro inscribi curante, *taliesinus*? An non hic potuerit argumentum vertere in Galenicam? Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, turba se Medicorum perisse, &c.

Alchymia vitæ conferuanda inseruit.

Antimon. & precipitatum.

Si ipsa Medicina, quæ suadet medicamenta benigna, maligna, non est infumanda conuitio vnus seruati mille perditorum, cum accidit, vt plures moriantur, quam seruentur: neque ideo est Diabolica: multo minus Alchymia, quæ preparat tantum, & non suadet.

Sed ipsa, &c. non est, &c.

Multo minus ergo Alchymia.

Quartus prosyllogismus ideo Alchymiam Diabolo asseribit, quia etiam beneficis & bonis suis rebus non potest calorem dare meliorem, cum det vehementiorem. Hic Censor primum non perpendit, quatenus melior vel vehementior dicendus sit calor. Finge Chymicum essentias parare, calorem integrorum superantes: At tu, Medice, cogitare debebas, hunc calorem ita esse adhibendum, vt optimus fuerit effectu. Non vsurpa eum, vbi nocere poterat, sed vbi commodare. Deinde quando tandem inter vos consentietis, qui veteris artis supercilio tantopere insultatis Alchymiz? Ante decernium in publicum prodibat Iohannis Pauli Pernuntiz Patauini Medici ratio medendi NOVA AC PLANA SINGULARIS (recordare illius Pliniani: Mutatur ars quotidie toties interpolis) quamquam Antonius Polus Venetus neget in istis libris visuros nouam practicam, aut nouam in arte curandi opinionem. Hic author lib. 8, pag. 716. ita loquitur: *Notanter addidi horum decoctum, non autem aquas: Et hoc, quod aque omnes destillatae frigide sint, etiam si à calidissimo aliquo simplici destillantur, prescribam ab herbis, etiam si fuerint feniculi, maiorana calamenti, absynthij &c.*

Calor melior, deterior.

Galenici quidam Chymicum infestis ne aquas quidem eorum iudicare recte possunt.

Ecce tibi, cum quo collucteris? Sunt autem aquæ stillatitiz quædam essentiz chymicæ, quæ si ideo sunt vituperandæ, aut Alchymia condemnanda, quia calidiores post artem fiunt: vestra chymia, quam in medicinæ corpus admixistis, non erit absoluenda. Alibi empyreuma accusas; sed immerito. Quod enim potest empyreuma esse, cum per balneum seu roris, seu vaporis destillamus, cum digestione soluiamus & circulamus? Neque tamen negamus, in aliquibus ex potentia in actum educi calorem maiorem, vt in oleo philosophorum non sordente arti medicæ iam pluribus seculis. In aliquibus apparens saltem maior caliditas est, quia collecta virtus dispersa fortior, fortiorem facit impressionem. Sed tu tunc memor esto principiorum tuorum medicorum, neque temere & inconsulto vrere istis calidioribus. Sin autem melior ille calor accipiendus est de temperatore, quam erat in re ipsa per naturam: veniam debebas nobis, si nollemus mutatam naturam, sed ex cumulo simplicium habere.

12 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

iuberemus seligere ad præsentem necessitatem, quod commodaret. Alioquin an minus nos prudentes putas esse, quam Caculas, qui quod calidius iusto est, vinum aqua temperant? An non etiam reficere calorem alia industria possumus, & in aliquibus vti ablutioibus Galenicis?

Si Alchymia ideo à Diabolo autore est, quia aliquibus essentijs maiorem caloris actum confert; Galenica medicina ob idem argumentum erit à Diabolo.

At qui hoc nefarium sit vel cogitare.

Quam pestiferis est ergo illud scribere.

Mista destrueret, num à Diabolo.

Quintus prosyllogismus adeo est insulsus & fatuus, vt misereat nos scholæ Parisianæ, quod in tam stultum inciderit Censorem. Si enim verum est, quod à Diabolo sit, qui mista destruit propter essentialias, aut aliud bonum, atque ita contumelia Deum, iniuria afficiat naturam, cuiusmodi sunt anatomici Galenici. Cum Hippocrates Democritum inuenisset bestias occisas secantem, dementiaeque sedem & materiam inde inuestigantem, huiusmodi audiuit verba: *Animalia hæc, qua vides, huius gratia refecit, non quod odio habeam opera Dei, sed bilis naturam & sedem quaerens.* Et quid Galenica medicina facit, cum cibos sanis & ægrotis præparat? Quid eum medicamenta? Hic separat succos à corpore simplicium, sicque, quæ natura composuerat, segregat: quædam coctione corrumpit: quædam putrefactione: alia torret, cremat, vrit, in calces & cineres redigit. Non præbet vyperas integras deglutinendas, sed carnes earum coctas, aut combustum puluerem. Quam multa corrumpit prelis? Quam multa nouis compositionibus, adeo vt sæpe in vna composita medicina necesse sit plus quam centum perire, simplicia, vt noua misti forma emergat? Quid sunt syrapi, iulepi, linctus, electuaria, pilulæ, vnguenta, emplastra, olea, mucillagines, decocta, infusa, & similia alia? Num integra naturæ opera? Imò ex destructis factæ medicinae. Num ergo Galenici Deum contumelia, naturam iniuria afficiunt? Fortasse Chymici tam sunt malæ bestia, vt ex professo inuideant Deo creaturam bonam, eique se opponant, studio contestati odia sua mistorum destructione. Minime vero. Nam si eo essent animo, non aperirent claustra naturæ, rimarenturque bona abscondita, & in lucem producta hominibus susterent, tum vt vtantur, fruantur, tum admirabilem Dei sapientiam, & inscrutabilem maiestatem opulentiamque naturæ suspiciant, & æternis ornent laudibus. Qui non destruit misturas interiores, & in mysterio abditisque corporum recessibus latitantes essentialias, sed tantum semotis inuolucris ostendit, non est Dei & naturæ hostis, vt Chymici. Metallurgia docuit Chymicos in integris quaerere aliquid occulti: Docuit nutritio: docuit resolutio & euentus naturæ. Ergo non Diabolus. Butyrum, serum, caseum ex lacte faciunt omnes gentes: Vinum, & oleum, & ballamum eliciunt ex integris secula. Sol ipse peragit extractions & destillationes, &c. Mendacium abnorme est, si quis dicit ex animo, Chymicos crases destruere in odium Dei. Et si id ita est, vt vult Censor, quæ dementia fuit antiquorum Medicorum, vt receperint Alchymia operationes in artem medicam? Nemone seu Regum, seu Philosophorum, seu Medicorum id animaduertit, quod Riolanus? Temperiem naturalem Chymicos ait corrumpere. An etiam scit, in qua re fundamentum sit istius temperiei? Cum segregat Rhubarbarum per infusionem, haberne temperiem in infuso, an non? Si habet, habeant & Chymici, quia per infusiones extrahunt, & sæpe in vsu reliquorem cum succo extracto. Si non habet, eiuudem est reus criminis.

Qui mendacijs atrocibus artem optimam immeritisimo infumat, & suam quoque professionem & maiestatem medicam simul contaminat eodem crimine: hic potius Diabolo vitur autore, quam Alchymia. Riolanus id facit. Ergo, &c.

Item: *Si quo modo mista destruit, & temperiem corrumpit Alchymia, eo modo idem facit (licet forma dissimili) medicina Hippocratica, vt illa dicitur à Diabolo esse, ita & hæc est dicenda.*

At qui hoc nullus feret sapiens. Desipit ergo, qui illud perhibet.

Destitutio chymica fundamentum in natura [Cum ætate & autumno alijsque temporibus plurimam putrescant, absque vllius Chymici ope, accusanda erit natura ipsa cum Deo. Aristoteles in 4, meteor. simplici generationi contrarium maxime commune putredo, quia omnis secundum naturam corruptio ad hoc via est,] auctoremque Deum habet. Neque enim mista ad æternitatem sunt condita omnia, sed ad vsum, qui cum plurimus sit per interitum, talia esse oportuit, vt possent corrumpi, & hoc naturaliter sit tam in elementis, quam mistis, vt indies comprobatur totus mundus in genere mineralium, plantarum, & animalium, in quibus cibos necesse est destrui: necesse est vicissitudines periodorum mundi esse, & hyeme multa perire, quæ vere & æstate sunt nata: in ære multa consumuntur: Sol in terra & mari multa resoluit. Sed cum ars sit forma quædam, à qua diuelli non potest finis, nec sit ars, quin optimè sit in suo genere, cur non potius dicebas, Riolane, Alchymiam generare, quam destruere? Nam ad vsum suum facit nobilius, melius, excellentius, quam poterat facere natura? In libello contra Turquetum pag. 68. legimus: *Schola Parisiensis non omnino damnat vestram præparationem.* Loquitur de oleis Chymicis ad apoplexiam à Riolo præscriptis. Si non damnat omnino, id quod non damnat, an non sit per destructionem misti corporis, ad essentialiam eliciendam? Quænam sunt illa olea chymica? Num quæ natura per se fundit, quo modo & succos lachrymasque remittit, nec se ideo destruit? Non ita; sed vestræ præparationem, quæ certe est artis: & cum contendat cum Paracelsis sua opinione, necesse est, nec Paracelsicam Alchymiam omnino damnari à schola, & sic aliquem locum Parisiis inueniet Paracelsus, modo non sub scamnis, sub quibus Schegkius debuerit nescio quas sapientias colligere. Sed cur tu damnas, si illa non damnat? Si illa non damnat chymicas præparationes, cur etiam totam damnat? Verum pergamus.

Nec Paracelsicæ Alchymia omnino damnanda. Corpora & assensia.

Sextus prosyllogismus de falso fundamento, quod corpora sint exuenda elementari crassitia, quàm materiam aliquando & elementa, & corpora, resque mortuas, & omni vi medica cassas appellant Chymici propter essentialias, vt inde sequatur, Alchymiam esse à Diabolo, non in sapientiore natus est officina. Cur quæso falsum sit fundamentum, vt oleum habeas syacereum, oliuas esse exuendas cor-

contra Alchymiam latæ.

porea crassitie, & fecibus? An non disciplina Galenica plena est documentis huius fundamenti? Quæ enim arte facitis Syrupos, iulepos, olea expressitia, mucillagines, & alia multa? Quid in prelo & colo vobis restat? Quid agis, cum infusum Rhabarbari purgandi causa præbes? Quod apud te verum est, simili modo & consilio adhibitum à Chymicis potestne fieri falsum? Dicere forte voluisti, Chymicos docere, in omnibus sic fieri omnino necesse esse. Sed si hæc dixisses, cum laruis fuisses lactatus. Neque enim aliud oppugnasses, quàm tuum figmentum, quod neque apud Paracelsum reperis, neque vllum alium chymicum solertem. Gramanus in hac sententiam scripsit quidem; sed tibi non cum hoc, verum cum Quercetano est negotium, qui non repudiat omnia integra, etiam cum adit chymicum. Necesse enim est, vt seruet magisteria multa, & componat quoque multa.

Quercetanus non odit integra,

Si Diabolum autorem habet, quod statuit essentiarum causa (vt oleorum, aquarum, &c.) esse solvenda mista, Galenica medicina à Diabolo est.

At hæc minime ad Diabolum refertur.

Neq; ergo id, quod statuit istud, vt Alchymia.

Mendax vero, quo patre est natus? Illo nequam impostore ab initio.

Septimus prosyllogismus de delira chrysopeia & præstigiatrix, partim inscitiam Censoris pro-
 dit, partim inertiam, partim iudicium ineptum, & censuram malitiosam. Palam est ignorare artē istam, quæ principia habet naturæ. *Inertem dico*, quia si studiosus fuisset veri inquisitor, legere potuisset tot scripta de eius veritate, totq; defensiones & declarationes exactas. Improbus est, qui metaphysico suo somnio inductus artem contemnit & vituperat, quam nec legendo cognouit, nec assecutus est intelligendo. Mendax autem etiam apparet, cum præstigias & deliria consulto appellat effectum opusque artis perfectum & verum. Nos collegimus argumenta omnium, quos vidimus aduersarios, eaq; ita refutauimus, vt nondum comparuerit, qui possit contrarium demonstrare: & mox etiam Riolani firmamēta considerabimus. Quantæ vero malitiæ est, magistratum instigare ad animaduertendum in eos, qui scriptis seu prodiderunt, seu explicauerunt celebraruntq; chrysopeian? Num ergo in crucem agendi fuitis Hermes, Geber, Arnoldus, Lullius, Rupefcilla, Thomas, Albertus M & innumeri veteres, quorum adhuc hodie in lucem dantur scripta; postea etiam recentes partim defuncti, Paracelsus, Dornæus, Fedro, Penotus, &c. partim viui, vti putamus, Iohannes Heurnius, Daniel Brouchuisius, Iustus à Balbian, Hoghelandæus, Vogelius, Thrasylbulus, Nicolaus Barnaudus, aliiq; plurimi cum Libaui ipso? Dicis, nos profiteri nos fautores calamitatis eorum, qui artem infeliciter aggrediumur. Absit hoc, ô Riolane! Quibus verbis, quo in loco id à nobis factum? Quis se fautorem miseriarum alienarum profiteatur? An tibi lobitū est magistratum in nos excitare, vt habeas, quo in sinum tuum gaudeas? *Ὁχι κατέχουσι* non sumus, Tu te ab isto crimine libera, si potes. Nos præmonitionibus vtimur grauissimis, ne quis eam artem teatet imperitus. Nos Principes adhortamur, ne aures dent impostoribus, & huiusmodi monita inuenies apud Gebrum crebra: inuenies apud Bernhardum Treuisanum, apud Thomam, apud Hoghelandæum, nec crebro minus in meis lucubrationibus. Vt orillo Horatiano:

Chrysopeia.

Rabiosa crudelitas Censoris in scriptores chymia transfocatoria.

*Inuitum, qui seruat idem facit occidit.
 Nec semel hoc fecit, nec si retractus eris, iam
 Fiet homo, & ponet famosa mortis amorem.
 Nulla fides damni verisq; doloribus absit,
 Nec semel irrisus triuix attollere cures
 Fracto crure planum, &c.*

Et vti mox;

De ars poet.

1. Epist. 18.

Verum sit in illis prouerbium, *ὁ λέγει οὐδὲν εἶς*. Et, *Malo accepto stultus sapit.*

Octauus prosyllogismus æque est mendax. Finge aliquem peruisse sua culpa, dum id tentat, cui par non erat. Num ars tibi erat Diabolo tradenda & vituperanda? Sed & perdat aliquos chrysopeia, num ad totam artem conuictum criminisq; erat referendum? Tibi opera danda est, ne tua medicina perdas plurimos De Alchymia nos viderimus. Tandem ne iniuriam fecisse videaris nobis, dum non dubitas, remedia chymica à Diabolo fuisse inuenta, pag. 86. apol. pro Hipp. producis Paracelsum, qui candide fateatur in lib. de origine morborum inuisibilibum, suam medicinam Diabolicam. Agit in eo textu, quem allegas, Paracelsus de characteribus, per quas aliqui curant morbos occultos; imo generalius, tractat quæstionem, posse etiam ab inimicis nostris salutem nos adipisci, Deo ita volente, & conuertente mala in bonum, sicut inuatur carduis, serpentibus, & aliis, quin & venenis (id quod in schola Galenica minime est infrequens aut inauditum.) Quocirca etiam si illi characteres essent Diaboli ipsi, quia tamen per eos aliquid boni consequimur, vult perinde habendos esse, ac si sanati fuissetis pilulis, aut potionibus Galenicis. Non defendo hic Paracelsum. Veruntamen tuam calumniam deprehendo, quod fateatur tibi, suam medicinam esse à Diabolo. Contrarium est in simbolo eius: *Omne bonum perfectum à Deo*. Et supra ex magna Chirurgia adduxi locum, in quo chymica remedia ab artificibus se accepisse monstrat. Quæ te imperiæ agitant, vt sic tractes hominis, licet inimici tui, scripta? Sed & si rem ipsam consideres, an in tua religione vsque adeo male dictum est, si quis asserat, Deum per malos quoque nobis benefacere, vt per Iudam proditorem, quem vocabat Diabolum? Ministri malitia non euacuat virtutem Dei. Sed mitto Theophrastum. Finge omnia sic esse, vt tu ex loco isto colligis; at quid id ad Alchymiam, quæ neutiquam est medicina? Quid ad nostram illam veram à Paracelsicis opinionibus liberatam? Quid ad Alchymiam simpliciter, quæ aquas & olea facit multis modis, quæ essentias quintas, & tincturas nobilissimas cum aliis? Tu ipsam Alchymiam ex decreto scholæ tuæ ita damnas, vt eius medicamina Diabolo ascribas. Visum tibi scilicet est hoc nimis atrox. Inueniendum pharmacum erat. Sed hoc tibi plane inutile est. Non enim Paracelsi sententiam enunciabas, sed tuam ipsius, NON DVBITO. Hactenus argumentum secundum. Audiamus tertium;

Peruenses studio chymia.

In 4. de inuis. Tom. 1. pag. 312. & seq. in forma 4. Germ.

Veritas est iustitia etiam hosti debita.

Quæ

14 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

Arg. 3. contra Alchymiam.

Quæ disciplina eiusmodi constat membris, ut quæ præcipua sunt, vel falso ei ascribantur, vel nihil habeant veri: cæteris vero, quæ videntur proba, carere possit medicina, hæc merito abijcitur.

Alchymia istiusmodi constat membris, &c.
Alchymia ergo merito abijcitur.

Assumptio probatur primum de chrysopeia: postea de quintis essentijs: tandem de extractis, oleis, aquis, & similibus.

Pag. 87. contra Turquetum.

De chrysopeia duo dicuntur: primum, quod non possit esse pars Alchymie, quanquam pro præcipua ponatur, ut quicunque Alchymia studiosus sit simul chrysopeia addictus, cum putetur esse ars artium, scientia scientiarum. Argumenta, quibus evinci tentatur, non esse membrum Alchymie, proponuntur pag. 20. Apol. pro Hipp. & pag. 8. Antartueii. Deinde accusatur falsitatis, putatq. Censor, se solide demonstrasse, aurum arte non posse fieri: unde consequens foret, chrysopeian esse inane & impostorium nomen. De quinta essentia disputatur, quod in medio mundi non sit: quod si verum est, necesse est cadere alterum ex præstantissimis Alchymia membris, & simul collabi totum philosophorum cælum, omniaq. quæ Chymici de aquis, oleis, tincturis, & spiritibus cælestibus comminiscuntur. Quod si olea, aquas, & reliqua non habeas pro quintis naturis, sed relinquantur in mistorum ex elementis numero: nihilominus reputiantur, primum, quia destillatio destruit naturam, & crasim solvit: unde necesse sit provenire cadaver potius, quam adiuventum salubre: deinde si omnino aliquid de rebus sit, contemnitur destillatum, quia medicina eo possit carere, sicut tempore Hippocratis, & alijs, quibus non minus bene curati sunt homines, quam inuenta Alchymia. Hæc est summa huius censuræ, quam recensebimus, spectabimusque ad lydium. Negamus assumptum, probationesque falsas esse dicimus. Artem faciendi aurum non posse esse eius artis, cuius est essentia quinta, ostenditur argumento tali:

An chrysopeia sit pars chymica artis.

Si vnus artis vnicus est finis, quæ diuersos fines habent, & quidem adeo differentes, ea non possunt esse vnus artis membra.

Prius est: Posterius ergo: Et ex consequente, cum chrysopeia, & tractatus de quinta essentia adeo differentes habeant fines: non possunt esse eiusdem Alchymie. Esse vero fines diuersos, aurum facere ad ditescendum, & quintam substantiam igne elicere ad sanitatem conferuandam, vel restituendam & producendam, palam est.

Hoc argumentum Antartuetus in compendium redegit, inquit: Artes differunt fine, non aliter, quam res naturales forma seu specifica differentia. Chrysopeo aurum est pro fine: Præparatori sanitas. Ergo non possunt cogi in vnum corpus artis. Vocat præparatoriam, quæ quintas facit essentias, & alias etiam aquas oleaque parat, quæ parte potissimum Alchymia inferuit medicinæ Galenicæ.

Diuersos fines habentia possunt esse vnus artis, si generalis sine contentiantur.

Censor multum tribuit huic argumento: sed non videt, discrepantes fines non obstarè, quin ad vnus artis complexum pertineant scientiæ, artesve particulares diuersæ. Nam vnus rei sæpe fines plures, & tamen eadem ideo non est diuersarum artium. Deinde si species oppositæ possunt esse sub vno eodemque genere, quidni diuersæ artium partes? Philosophia complectitur artium liberalium finibus suis valde differentium multitudinem. Artes generales specialibus omnibus sunt communes. In methodo per generalia & specialia axiomata sunt dichotomiæ ἀλλήλοῦς, quæ ut species habent contrarias, ita & fines. Discat Censor specialium rerum fines speciales posse absque vlla absurditate coire aliquo generali: veluti Dialectica est ars bene differendi. Huius sunt duæ partes, Topice & Critice: Illa de simplicibus notionibus differit, hæc de dispositis: Illa accipit & intelligit: hæc ita dicat & discurret, quæ sunt officia differentia. Rursus in topice, ut species sunt oppositæ, ita & fines; ut definiendi artis multitudinem reuocat in vnum: sed distribuendi, vnum secat in multa; & tamen sunt artes speciales pertinentes ad generaliore[m] topicam, quæ iterum est Dialecticæ communioris.

Lapidis philosophici finis.

Præterea Censor ait, differre artes finibus; ut res naturales forma & differentia specifica. Placet: At sicut res naturales singulæ per se consideratæ non faciunt nouam & discrepantem à Physica artem, sed omnes ad vnam generalem, quæ se postea in aliquot classes, artesque particulares distribuit, reuocantur: ita est & in membris Alchymie. Tandem explicatio finium Chrysopeie, & præparatorie medicæ non caret sophistica. Nam & aurum chymicum vsibus medicis inferuire, & lapis philosophicæ maxime sanitatis causa potest fieri. Num hoc non intellexit Censor? Chrysopeie finem vltimum tribuit aurum arte factum, quod est diuitiarum materia; declarata historia Argonautica & Ægypticæ, circa tempora Diocletiani. At, inquam, si querimus vitam conseruare & producere, id commode admodum fit adminiculo auri, quod & natura huius gratia potissimum dederat. Aut quid non parari potest? Philosophi auxiliis vitæ destituti, hanc artem diuinitus acceperunt, ut possent hominum communitati prodesse philosophando, medendo, & alijs. Itaque & geatuitum hoc fuit quondam. Si Censor non aleretur stipendio, possetne consequi professionis suæ finem? Sed non tantum vltimus finis est considerandus, verum etiam aliquid tribuendum his, qui sunt intra vltimum. Hic locum habet tinctura Physicorum, quæ varijs modis venit in medicinam, eaque potest volente Deo præstare emolumenta, quæ vel vniuersum Parisiensem pharmacopolium non queat.

Efficitur his, ut non debeat Censori videri absurdum, contrarios fines quoque non prohibere in vna arte consensum, sicut frigoris & caloris non impediunt, quo minus sint qualitates Physicæ calor & frigus: Deinde falso sophisticæque sumptum esse argumentum; sanitatis & faciendi auri, cum non sint vsque adeo dissentanei fines, quin consentire queant, & aliter alteri coaptari. Alius finis est hygienes, alius Parthologica, alius Therapeuticæ, Diæticæ, Pharmaceuticæ, Chirurgicæ: at cadunt omnes in vnam artem medicam.

Interim ridiculus quoque sit Antartuetus, cum opponit chrysopeian præparatoriæ: cum præparatoria non minus dominetur in chrysopeia. Ridiculus iterum, cum præparatoriæ finem dicit esse sanitatem, quæ erat proposita medicinæ in vniuersum. Præparator olei finem suum vltimum attigit cum

enim oleum effecit. Hæc postea aliis artificibus potest committere, ut eo utantur, seu ad sanitatem, seu ad coria, aut alia opera. Non satis circumspicte etiam chrysopeian conatur tollere. Sint duæ partes de iure Alchymia altercantes, Chrysopeus & Præparator. Quæro, utra tandem in possessionem & ius artis sit mittenda? Si præparator: periclitabitur censura de studiosis Alchymia, qui Censori omnes simul in chrysopeia quærent elaborare. Sin chrysopeus, iam confectum negotium est. Debemus autem plus fidei communi artificum & studiosorum consensui, quam Censuris temerarii iudicio fatuo, præsertim cum & chrysopeus sit præparator quidam. Iam videamus, quibus arcticibus quassetur chrysopeia.

In brevi discursu pag. 22. ita proponitur quæstio: Ego iure potui chrysopeian fallacem artem & impossibilem demonstrare. Quibus argumentis? Errastine? Fortassis ex eodem fonte. Omnia enim mea argumenta, *De argumē- tis contra chrysopeia.* (inquit author) sunt Aristotelis, qui *ΜΗΝΙ* est tam notus, quam tibi tua domus. Fortiter sane, vel potius satis confidenter. Elicitantur autem ista argumenta ex apologia. Pag. 20. indicatur primum, quod chrysopeia non possit esse eius artis, cuius est preparatoria: unde conficitur, si hæc sit chymicorum, illam esse nullius artis, nisi vana. *Notitia Censuris in Aristotele.* Hoc discussum antea. Secundum exculpimus ex pag. 21. ubi eluditur historia commentationum de faciendo auro in Ægypto: quasi sic aliquis argumentaretur:

Quæ de arte in Ægypto exercitata a stotentibus, produuntur, sunt nugatoria. Ars ergo aurificum nugæ.

Antecedens illustratur: Si in Ægypto tam viguit chrysopeia, Moses ter maximus non debuit migrare in terram sanctam. At qui in hanc migravit. Non ergo illa tam ferax fuit lapidis aurifici. Imo terra promissionis erat feracior lapidum philosophicorum. Debuit ergo hic doctius exerceri chrysopeia: quod cum non legatur factum, fabulose esse Ægypti historiam apparet.

Sed facile indicatur antecedens argumenti, damnaturque falsitatis. Probatio plane nullius est ponderis, peccatque tum inficitia de Mose & Hermete, quorum pertrantantur perlonæ; tum confusione finium, atque insuper temporum mutatione. Aliud est de Mosis ætate loqui, aliud de Diocleriani. Nulla ars simul incepta & exulta est. Finge Mosen fuisse Hermetem: sed ridiculum est dicere, eum studio chrysopeia debuisse manere in Ægypto, aut artem secum in Palæstinam deferre, & hic exercere, aut saltem efficere, ut esset in flore, cum ipse non sit transgressus Iordanem. Iussu diuino quæ sita est terra sancta: aliis in Arabia procul dubio hæsisset Moses, nec desisset oues pascere. Sed ista puerilia explosione, non solutione sunt digna.

Moses & Hermetus.

III. Cuius primi auctores sunt fabulosi, id ipsum fabulosum. Chrysopeia primi auctores fabulosi sunt. Ergo.

Minor probatur: Quia si Hermetus fuit, Moses fuit. At hic nullam condidit chrysopeian. Neque ille ergo. Ita Democritus cæcus, qui potuit aurum facere in Græcia? Alij addunt de Platone, Pythagora, Aristotele, & alijs.

Hoc quoque argumentum confutatum est supra. Sed & quoscunque habuit hoc magisterium auctores, satis est, si ars ipsa sua materia & forma sit, & per experientiam rationemque comprobata. Si incertum est de Hermete & Democrito, at certum de Gebro aliisque multis.

IV. Chrysopeia delira & præstigiatrix est. Damnanda ergo: item fallax & impossibilis.

Antecedens (conuictum potius, quam argumentum) ornatur augeturque eloquijs similibus. Infatuus credulos ut relictis solidioribus disciplinis, umbras præferant rebus: aurum factitium naturali: paternas hereditates decoquant in mani spe lapidis philosophici: male sit arti, que sui studiosos tam miserè perdit. Et pag. 31. apol. pro Hipp. Quomodo constat quamplurimos fecisse aurum, nisi fascino arum fide, & fallacibus experimentis, &c.

Negatur antecedens, eiusque prosyllogismi dicuntur partim mendaces esse; partim Elenchō accidentis, nec sequentis præui. Supra diximus, falso tribui arti id, quod est inficitia eorum, qui cupidius tam aggrediuntur, quam peritius. Ut argumentum præstigiatorum eo rectius expendatur, peculiari dianœa informetur.

V. Cuius artis experimenta sunt per magiam præstigiatricem, aut alias fraudes, ea fallax est & præstigiatrix.

Chrysopeia experimenta sunt per magiam præstigiatricem, aut alias fraudes.

Chrysopeia igitur est fallax, & præstigiatrix: & ex consequente impossibilis, adeoque damnanda.

Minor probatur disincto: Quia aut magi præstigijs fascino arum spectantium oculos, dum aurum fieri ostendunt: aut cautos chymicus veri auri nonnihil in furnum tanculum immisit, ut credulos falleret, &c. aut ex metallis per secretionem effecit: quandoquidem omni met allo inest aurum, plus minus, ut aurichalco & ari plus, minus plumbo & ferro: aut confudit prius artifex, ut cum auri & argenti vini confusione sit aurum, quod etiam peritiores fallit: (Qui melius facere potest, spagyricus melior iudicatur) sed ignibus separatur.

Falsa est assumptio, eiusque probatio deficiens vno membro, nempe eo, quod Chymicus chrysopeia veræ & vniuocæ peritus aurum faciat ex hydrargyto, plumbo, aut aliis imperfectis per transmutationem veram, qua symbolum habentia, destructis formis prioribus, conuertuntur in determinatum nobilius, quod est generis eiusdem, operante artificè quidem, sed per instrumenta naturalia, & accommodante definita agentia, non aliena, sed sua vi & natura, ad patientia disposita, vnde existit id, quod artifex intenderat, aurum nempe vel argentum; natura vero agentis efficere poterat: Hic nullæ sunt præstigiæ, nullæ fraudes, aut circumscriptiones, confusiones, vel segregationes: sed naturalis per atrem foris procurata, conuersio huius in hoc, sicut sit aliàs etiam sola natura agente; ens ex non ente, determinatum ex determinato. Nullas præstigijs a vero artifice committi (de impostoribus & pfeut-

16 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

& pseudo-chrysopeis nihil attinet dicere. Neque enim horum malitiam defendimus, potestque ea vere arti tam parum detrachere, quam parum magia incantatorum operibus veris naturæ) præterquam quod tota artis ratio, & natura rerum, quas adhibet, conuincit, etiam exempla testantur sincerissima. Si præstigiatrix ars esset, non posset comprehendi præceptis principiisque istis, quæ ex pura pura natura traduxerunt artifices, & operi suo accommodarunt, planeque demonstrarunt ita se rem habere; non ad stipularetur eis etiam affinium transmutationum veritas; non potentia naturæ, & summorum Physicorum decreta, de quibus ne plura quidem dicamus, iubemus lectorem adire defensionem Alchymicæ nostræ, contra Guiperti impugnationem, & quæ adiecit in Gastonem Clauem notata. Ibi inueniet ea transmutationum exempla & historias, sicut & in libello Hoghelandæi historias auri facti, vt si adhuc nondum sibi persuadere potest, chrysopeiam nostram esse veram, & perfici naturam adiuvante arte, pro deploratæ fidei homine, & plane stupido sit habendus. Et cur quæso credendum sit insipidi delirique hominis inficiationibus plus, quam sapientum naturæ scrutatorum affirmationi per tot demonstrationes?

Chymiatrum quidam, vt Suchtheniani, item parum tribuere arti huic videntur. Quæ vero de lapide scripta extant antiqua, ad medicinam suam, elixyr, aurum potabile, &c. quæ putant vnam & eandem rem sensibilem esse tantum ad medicandum fabricatum, tribus autem formis, quæ principia vocant, distinctam reuocant. Sed hi sensu & factis redarguuntur, ne quid dicamus de artificum ipsorum præceptis, quæ licet allegorice exponi possint, & quædam etiam parabolicam phrasin habeant, tamen per se, & primum de vera transmutatione sunt condita, nec omnia sunt tropis & æquiuocationibus intoluta.

Experientiam desiderant simplices isti. Datam calumniantur. De Scoto illo, qui in Belgio & Germania cætera, aliisque locis aurum etiamnum hodie ex plumbo facere dicitur, nolo quicquam. Solet largiri specimina. Ea explorentur examinibus veri auri: & ne oculos tuos falli credas, considera & circumspice diligenter, quid in catinum ponat (solet, vt aiunt, plumbum vulgare quoduis obuium, aut ferrum confectum in catinum immittere, aurificis opera eliquare, & puluisculo inperso aurum conflatum eximere) quidque vicissim extrahat. Non ita pridem Nicolaus Barnaudus explicationem Epitaphii Bononiensis dedit, in qua narrat, se cum Gulielmi Vrsini à Rosis Medicus esset, incidisse in Anselmum à Boodt Belgam Medicinæ Doctorem, qui translata bibliotheca in cuiusdam libelli fractis tabulis inuenerit descriptionem artificii eum grano pulueris aurificis, ad comprobandam descriptionis veritatem. Is cum antea plane nihil tribuisset arti, tunc incepit periculum facere, vt iubebatur literis. Quid multis opus? Aurum ex hydrargyro fecit, idemque postea bis eodem puluere item ex argento viuo ab aurifice conflatum, vt nullum dubium esse potuerit, tribus experimentis per vnum granum procuratis, quin ars per se sit vera, licet postea ad literam tentata, pulueris præparatio non responderit. Idem Barnaudus præter Georgii Riplæi Angli fidem, & Paracelsi experientiam, alium quendam ex Anglia virum magnum adducit, qui ex mercurio & terra, Solis tincturam fecerit, cuius fructus aureos ipse Barnaudus cum Pragæ apud Thaddæum Hagetium esset, centies viderit, & manibus gestauerit. Fuit mascula auri puri puri semissis à D. Hagetio ex argento viuo vulgi projectione grani vnius momento facta, attestante Simeone Hagetio, qui interfuerat operi. Quas tu mihi hic præstigijs fingere potes Censor, in viris integerrimæ famæ, & innocentissimi experimenti? Quæ magia verit ille hydrargyrum, qui ne crederat quidem prius, artem esse veram, & simpliciter opere coactus est credere incredibilia visa? Ridendus autem es cum tua auri & hydrargyri confusione tam solerte, vt etiam peritos fallat. Cape tu granum auri, & coniece in argentum viuum sex vnciarum, & vide, quam confusione peritos auri specie decipientem sis obtenturus. Nonne miraculum naturæ & artis est, à tam parua quantitate indomitum, aliàs argentum viuum aqueam suam naturam momento amittere, & in aurum verti purum putum, quod examinibus auri naturalis vndiquaque respondeat, feratque malleum, & in igni maneat, siue copella experiaris, siue antimonio, siue cemento regali, siue aquis regis? Quæ ista confusio est, qua vtrumque transmutatur in aliud, priore forma perditam?

Explodendus idem Censor est & de plumbo cæterisque metallis, aurum in se continentibus, & segregatione reddentibus. Quod tu mihi aurum fingis in plumbo & orychalco, in quo ne exactissimus quidem docimasta aliquid potuit inuenire? Quæ metalla transmutant Chymici, & quem hydrargyrum, ea nihil plane habent auri; aut si habent, tam pusillum id est, vt nihil possit censeri ad quantitatem eius, quod opere efficitur. Quid dicēs, cum tota quantitas sit aurum? Inuenitur in venis plurium sæpe metallorum coniunctio; sed hæc à docimastis inuestigata, ita sunt excocta segregataque, vt qui velit amplius quid exculpere, oleum perdat & operam, faciliusque ex pumice eliciat aquam, quam ex plumbo tali aurum. Sed pergendum est: Conuictum homine liberali & literato indignum essutiisti scribendo, illum esse meliorem chrysopeum, qui melius sciat fallere. Non putaueram, Parisiis tam virulentum hominem esse, nēdum Medicum Doctorem.

Si quis est, qui fallacibus tincturis æs, argentum, ferrum, aut horum misturas auri specie inficit, & id, quod effecit, non habet pro ære, aliisque metallis, mistura saltem, vel aliis modis coloratis, ornatus causa (vt ad phaleras, supellestem, tanquam ex aurichalco, & huiusmodi, qualia vasa ex ære Babylonio olim habuerunt Reges Persiæ) sed pro auro puro vendit, atque ita imponit hominibus hunc leges comprehendere iubent, & supplicio afficere, nosque simul pronunciamus, talem impostorem ex merito tractari. Sed quid hoc ad Philosophos veræ artis studiosos, verique auri effectores? Facile est tali argumento Medicinam, Theologiam, Iurisprudentiam, omnesque nobiles scientias damnare.

contra Alchymiam latæ.

VI. *Chryſopœia non facit verum & vniuocum aurum, ſed æquiuocum, quod non poteſt dici aurum ſim-
plicitèr, ſed cum adiectione facti ij ſucati, adulterini, ſophiſtici.
Ableganda ergo cum ſuis artiſticijs extra ſines Reipublicæ.*

Reſpondent Tyroneſ artis, quale effectum, talis cauſa. Si iraque fit aurum adulterinum, quod non poteſt nomen auri vniuoce defendere, neque ars dici debet chryſopœia vniuoce. Et de tali, ſi accedit dolus malus, rectè concluditur exilium. Quæ vero ars adhibitis naturaliter agentibus & patientibus procurat aurum, nec per ſe quicquam confert, niſi operam miniſtram, quia hoc aurum naturæ operibus & virtute abſolutum, naturalis auri proprietates, vires, nomenque iure optimo ſortitur, non obſtante titulo alio ab arte miniſtrante, ſicut nec impedit in medicina dicere, quendam ſponte naturæ ſanatum, alium artis adiumento, non ſine natura, ſed item natura principaliter operante: inde chryſopœia quoque vera & vniuoca appellanda eſt ea, qua id aurum eſt effectum. Quocirca conceditur Euthymema de ſophiſticijs: de veris falſum pronuntiatur. Eſt enim contrarium verum, Cenſor autem ſe polluit Elencho æquiuoci, & non ſequentis, nec caret leuitatis & malitiæ crimine, dum eodem iudicio inuoluit artem veram, & factum ſophiſticum, bonumque damnat propter apparentem eius ſpeciem ab improbis conſictam ad fallendum.

VII. *Si chryſopœia eſſet vera, aurum foret cæterorum metallorum ſinis: & ſic non eſſent tot ſines, quot forma & ſpeciales vſus metallorum.
Atqui aurum non eſt ſinis cæterorum.
Chryſopœia ergo non eſt vera.*

Minorem probat Cenſor operoſe. Vult in arte differre formam & ſinem re & ratione: in naturâ tantum ratione. Quocirca quot ſunt ſpecies metallorum, tot etiam conſtituit ſines. Vt ſic vnumquodque metallum ſit ſinis ſui ipſius, quia eius perfectio eſt forma cuiuſque. Non ergo aurum eſt ſinis omnium. Garrit deinde de toto perfecto & finito tam aniliter, vt iures, conſpiraffe omnes quiſquillas ſcholæ Pariſienſis, quæ ſub ſcamnis ſtudioſorum pedibus conculcantur. Pariunt autem hæ notum argumentum, de quo mox. Eodem pertinent & hæc: *Si aurum eſſet ſinis cæterorum, plumbum eſſet aurum crudum, &c.* Negatur connexum neceſſariæ eſſe veritatis propter amphibologiam eius, quod dicitur, **ESSE FINIS** alicuius, quod varie conſiderari poteſt. In minore ſinis intelligitur vel progreſſionis naturalis, vel potentia transmutationis vltimæ, quomodo omnium inſtorum ſinem aliqui dicunt eſſe vitrum, quia hic eſt terminus corruptionum; item ignis poteſt dici ſinis elementorum, quia cum ad hunc peruentum eſt, non fit mutatio in elementum quintum, ſed vel ſtatus vel circularis reuerſio. Alio modo ſinis eſt, cuius gratia ſunt cætera, vt aliæ creaturæ propter hominem; homo propter Deum; aurum propter vſus humanos, & vt etiam metalla effodere, excoquere, emere, & in vſus ſuos poſſimus conuertere. Aurum non ita eſt ſinis metallorum, vt neceſſitate naturæ à prima materia per intermedia metallorum ſpecies debeat progreſſus ſemper fieri vſque in aurum: ſed ex diſpoſita materia agente calore, naturaque intus promouente, etiam ſtatim primo ſine aurum fieri poteſt. Interim non negandum eſſe, naturam progredi ex hoc in hoc, & ex diſpoſito generare determinatum ab alio exortam principio. Ita terra facta per ſe eſt, vt ſit tertia, & naturaliter ſub hac forma ſubſiſtit. Quia vero materiæ adhæret potentia transmutationis, nihil prohibet, quin mutari queat in aquam, & hæc in aërem, qui vltimo in ignem. Semen plantale eſt gratia plantæ. Hæc per ſe ſua forma eſt perfecta. At alio principio mutatur in chylum, hic in chymum; vnde humores alimentarii, & tandem partes ipſæ; Aliqua etiam ad eſp, lac, & ſimilia, quæ poſtea tranſmutantur vltèrius.

Non deſuerunt Philoſophi, qui hac ratione in ordinem quendam redigi metalla poſſe contendebant, cum certis documentis videriæ, initium eſſe à liquore mercuriali, cui proximum eſt plumbum nigrum, vnde ſequitur album; hinc argentum, quod perfectione eſt auro viciniſſimum, adeo, vt optimium argenti ſit aurum album, atque etiam proxima potentia aurum, rariſſimeque inueniatur argentum, cui non inſit aliqua portio aurum. *Æs* autem & ferrum materiæ impuritate ab iſtis degenerarunt. Inde eſt, quod aurum & argentum dicantur perfecta metalla, cætera imperfecta, quæ minerarum, materiæ, & agentium diſpoſitione imperfecta id euaserunt, quod ſunt, & in hac imperfectiſſionis forma ſubſiſtunt, quia agens defecit; quod ſi inſtauratur principio intus exſuſcitato, & illa per ſeminarium ex perfectiſſimo extractum quaſi imprægnentur ſæcundenturque, quam potentiam per naturam habebant, cur non in actum venire ſiuaat? Iam ergo quodque metallum imperfectum ſuam formam & ſinem habet, & nihilominus in aurum poteſt tranſire; quod ſi ſinem & terminum ſeu vltimum tranſmutationis in hoc genere vocare velis, tanquam ignem in elementorum claſſe, nihil euenit abſurdi.

VIII. *Si chryſopœia ex hydrargyro & imperfectis facere poſſet aurum, ea ad perfectius aſpirarent, Atqui non aſpirant ad perfectius.
Chryſopœia ergo ex iſtis non poteſt facere aurum.*

Minor probatur: *Quia vnumquodque illorum eſt totum: Ergo & perfectum & finitum: quia hæc tria ſunt idem. Si finitum & perfectum, non habet potentiam motus ad aliquid vltèrius & perfectius: ſed vnumquodque in ea forma, per quam eſt, tanquam in extremo ſine quietiſt: ſi non, natura faciet prius plumbum, poſt aurum: & plumbum in mineras proiectum, tandem fiet aurum.*

Totum perfectum finitum.

Reſpon. Propoſitio eſt falſa. Neque enim aſpirare ad perfectius ſua natura & per ſe debent, quæ aliquo opere imperfectionis principio promouente deſtituta, ad hanc formam peruenerunt, & in ea manere coguntur. At interim nullam eſſe eis potentiam, qua inſtituto motu nouo in melius

18 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

pêducantur, falsum est. Lithargyros & Molybdæna principio quodam corruptio hæc petducta sunt, vt sint id, quod sunt: & in hac forma permanerent, nullo mouente subsequeute. At cum attrita suis ignibus & medicaminibus ea aggreditur, reducuntur in plumbum, vel etiam in vitrum abeunt pro discrimine operationis. Largimur tamen Censori aliquid, si phrasin hanc: *Aspirarent ad perfectum*, velit de potentia naturæ materialis, quæ est susceptiua formæ nouæ, & ordine plures potest induere, pro dispositione sua, & determinatione agentium, intelligere. Sin autem aspirare est porro pergere, principio intus existente, sicut in planta, cuius motus non cessat, nisi procreato simili, per successum formarum subordinatarum, negamus maiorem, vt dictum est. Quo enim aspiraret plumbum, vel materia ipsa alium motum non permittente, vel principio deficiente, quia extinctum in prima statim aggreffione, vel etiam specialiter ab initio seu prohibito, seu deprauato; generaliter vero intra fines metalli retentum, posteaquæ determinatum iterum pro materiæ, loci, & agentis conditione, vt plumbum, vel aliud metallum, seu simul, seu solum fieri possit? Sane cum metallum innascitur metallo, non tam agens principium, quàm materiam defectum aliquem aut inæqualem motum pati verisimile est, sicut Medici quatuor humores ab eodem calore diuersâ materiæ dispositione efficiunt. Hinc temeraria sunt illa: plumbum esset aurum erudam, & in mineras iniectum fieret aurum, &c. cur non & aërem appellas ignem crudum, & aquam terram coctam? Similitudo de humoribus placet. Mutatur cibus in chylum, indequæ in cætera, non sua virtute, sed eoquentium membrorum proprietate & calore. Da plumbo aurificum calorem & principium, fiet aurum. Finis enim agentis naturalis est similitudo passî, quantum fieri potest. Pone sanguinem extra carnem, & principium carnis effectiuum, num putas ex eo carnem emerfuram? Finge hydrargyrum esse veluti sanguinem metallorum in venis terræ. Is cum incidit in sulphur, vel lapidem, aut aliud minerale, in quo est sulphur aurificum, sicut loqui solent artifices, & incidat ita, vt physico contactu mutuo agant patianturquæ id, quod non sit simpliciter ista in minerales pateos projectione, sed vt in ferro, & aquis atramentosis, &c. fiet inde aurum iuxta potentiam, naturam, & similitudinem agentis, & dispositionem patientis. Non autem idem fit, si apponatur auro iam perfecto. Ligarum enim in hoc principium actiuum est, sicut ligaretur in carne à corporis calorisque communis societate soluta. Necessè est, vt conspiret natura propria recte constituta cum natura vniuersali, vt carnis natura cum calore & spiritu vitali cordis, quod est instar rotius. Tunc sequitur effectus in determinato patiente. Sed in similibus analogia est, non identitas. Philosophi libenter vtuntur exemplo generationis & nutritionis plantarum & animalium in isto opere: licet non vbique idem fiat id, quod ne requiritur quidem in comparatis similibus.

Porro hæc duo argumenta de fine, & aspiratu facillime euertere possunt exemplis transmutationum certissimarum. Si enim, quando fit transmutatio vera, posterius esset finis, prioris, vt vult Censor, & prius deberet aspirare ad posterius: etiam cuprum esset finis ferri, & hoc aspiraret ad illud. Atqui ferum abire in cuprum, testatur Saxonis, & mons Carpathus, vbi fit magno numero, & verissime sine separationis illius figmento, etiam ex tota quantitate puri metalli: neque tamen dici potest, cuprum esse finem ferri, nisi sensu alio, &c. Falsum ergo sumptum est argumentum ab aspiratu & fine, nec quicquam inde contra veritatem chrysopeiæ concludi potest.

Rursus si sensu Censorio id argumentum esset verum, magis in ferro & chalybe esset; quia hæc cognatiore sunt, quàm æs & ferrum, vt pote cum sint sub vno genere proximo, aut saltem differant adiuuatis. At ne de his quidem eodem intellectu dici potest, nec fieret chalybs ex ferro coniecto in mineras chalybis: nec separatione tantum fit chalybs, sed & conuersione totius absque iactura. Multo minus ergo verum est in istis remotioribus. Omnino si in hoc argumento pergere vellemus, Censorem in fabulam vulgi conuerteremus.

IX. *Si vna species metallorum in alteram mutaretur, mundus non esset perfectus.*
At est perfectus.

Non ergo mutatur vna species metalli in alteram.

Maior probatur: *Quia cum tot species sint metallorum, quos metalla substantia completa: designent cetera species, fieretq; tandem vna tantum, & sic mundus pareretur defectum.*

Num risum hic amici teneatis? Quid fuit, ð Aristoteles, vt non simili arte tolleres elementorum transmutationem, quia in ignem feruntur omnia? Sed bene factum, quod nobis responsum suggesteris, non autem isti Censori, quanquam gloriatur, Aristotelem sibi tam notum esse, quàm Quercetano suam domum. Quanquam enim elementa in se mutuo transmutentur, tamen non deficit species, quia alterius corruptio aut alterum facit, aut materiam in mistis. Hinc ergo vno modo instaurantur. Deinde non tota transmutantur totaliter, sed per partes, & ex circulari mutatione reuocantur. *At in auro finis est. Non ergo reparatio ceterorum metallorum.* Finge ita esse, aurumquæ non corrumpi, seu in metallum ignobilius, seu in materiam, ex qua natura metallum resuscitet: quauquam D. Petro aurum est corruptibile, idque comprobatur experientia: tamen sufficere naturam dicimus, ignobilia ex sua materia tam copiose, vt etiam magno numero vincant auri quantitatem. Sed in hoc argumento immorari diu, puerile est. Negatur itaque statim connexio, diciturquæ ad prosyllogismum, quod petat principium, nec vllam habeat vim probandi. Neque enim, data mutationis potentia, ceteræ species deficient. Est autem valde acutus Censor, fingens hypothesein: *Si Natura metalla omnia transformet in aurum.* At, inquam, de arte & natura differunt Chymici, non de natura sola. Ars autem regitur voluntate. Deinde si transformet omnia, non per partes tantum, sed omnino totis totaliter: vt si totum aërem totaliter mutaret in aquam, deficere aërem necesse foret; sed id natura non admittit.

X. *Natura absoluto plumbo subsistit: & materia plumbi tam bene est sub sua forma, quam auro sub sua: quia utraq; habet materiam suo modo temperatam, & actionibus proprijs obeundis convenientem.*

Aurum ergo non est finis metallorum caeterorum, & ex consequente impossibilis est Chrysopeia.

Antecedens declaratur dissimilitudine chyli, quem dicit esse substantiam incompletam, quia finis eius erat sanguis: Non ita est in plumbo, &c.

Tyro Chymicus antecedens dicit esse sophisticum, posseque suo sensu enthymema concedi; sed quod inde pro consequente deducitur de chrysopeia, minime sequi. Quod sophisticum sit antecedens, ita probat: Subsistat sane natura genito plumbo: at non est consequens, potentiam transmutationis in eo esse abolitam. Imo saepe sine omni agentis artificialis accessu deprehendimus plumbum sua fragilitate corrumpi, & in cerussam abire. Saepo vero agentia etiam minus valida id corrumpunt. Adeo expositum est labi. Num eius materia tam bene sit sub sua forma, quam auro sub sua, necesse est, ut Censor nobis ad oculum monstret, & euincat argumento euidente. Nos scimus ab experientia, quod plumbum facile abeat in cineres, lapidem, vitrum, & alia. At non aurum. Deinde cum ex plumbo factum est aurum, non transmutata est species ipsa, qua est species, sed in materiam, forma priore priuatam, introducta forma auri, facta est migratio in speciem auri. Sub hac forma materia longe est durabilior. Si itaq; ex duratione hac concludi debet appetitus naturalis, qui fertur ad bonum, quod est in ratione finis; consequens est materiae sub forma auri melius esse, quam sub forma plumbi. Argumentum, quod ideo materia plumbi tam bene habeat sub forma plumbi, quam auri materia sub forma auri; quia formae utriusque materia sit temperata suo modo conuenienter actionibus proprijs; nihil potest arguere. Est enim temperamentum temperamento melius, licet utrumque sit temperamentum in sua materia. Id melius habet, cuius est melior crasis: ut aurum praeter plumbo, cuius temperamentum longe est inferius, adeo, ut cum aurum sit cordi humano familiare, plumbum contrarium aestimetur; aurum coctum, plumbum crudum: illud calidum siccum, hoc frigidum humidum. Est autem formalius illud, quod calidius: materialius id, quod frigidius. Calor forma & actus quidam est: frigus priuatio. Inde nobilitate & ignobilitate etiam differunt elementa. Haec sunt Aristotelica minus nota Censori, quam Quercetano sua domus.

Quod ad Chylum attinet, delirat Censor, esse substantiam incompletam, Est enim sua forma tam perfectus, quam chymus aut sanguis, licet porro destinatus sit alteri; in quod per transmutationem abire. Num in sanguinem sua per se natura abiturus sit, probet vomito. Dispositus cum sit, mutatur ab alio secundum naturam in naturale, aliis in praeternaturalia.

XI. *Natura ex plumbo non potest aurum facere.*

Neque ars ergo.

Negatur totum cum consequentia. Natura enim facit arte adiuta: & ars facit per naturam. Non si natura non potest luxata reponere, ars non potest: & non si ars id potest, natura nihil operatur. Tradunt sibi mutuas operas utraque principia. Velim autem exponat mihi ille Censor exacta demonstratione, cum argentum sit in plumbo cinereo, & aurum in aere: vel argentum in nigro plumbo, ex plumbone fecerit corrupto, an ex alia re cum vel in plumbo.

Quid autem, si natura resolveret plumbum in primam materiam, & ex hac reduceret fabricaretque aurum? an non posset? Liberalior multo es, atque adeo etiam oblitus tui, cum pag. 64. & 65. apol. Hipp. de potentia materiae disputas ita, ut Anaxagorae discipulus factus, dicas, omnia esse in omnibus, & in omnibus omnia. ex metallo panem, ex pane metallum constituas circulari generatione. Si hoc potest natura, & facilius est trausitus ex symbolico, quid ni ex plumbo possis? Natura fortasse non facit apes ex bobus vel iuuenicis. At Virgilius noster quam praecclare de artis potentia cecinit?

Omnis in hac certam regio iacet ARTE salutem.

Loquitur de Aegypto, ubi Nilus in septem ostia distribuitur. Ibi arte est natura excludunt ex ouis pullos etiam separatum. Sed maior est artis potentia, quam ut tu eam in sulla tua censura possis obscurare. Et haec contra chrysopeian: quae cum & vera sit, & artis Alchymiae pars nobilissima, cadit maximum argumenti Censorii pondus. Iam de caeteris: & quidem initio de essentia quinta.

Primum hic notandum, voce quintae essentiae interdum designari omne extractum, quod magisterio opponitur, & elementis nudatum, seu crassitie materiae elementaris, corpulentis que fecibus exutum dicitur: interdum vero singularem quandam essentiam summo studio elaboratam, seu per se, seu per aliam quintam essentiam omnibus caeteris veluti communem, Elixir aliqui appellant, & medicinam esse & exordium. Censor ita de ea disputat, ut videatur intelligere quoduis extractum. In hoc si permaneret, facilis esset conflictus, vnaque absolueretur opera. Sed nonnunquam etiam olea, aquas, spiritus & extracta, salesque attingit. Itaque necesse est, nos separatim de his agere: & primam defendere essentiam quintam, postea etiam utilitatem caeterorum, quae si non quintae essentiae nomine vexantur, tamen exploduntur aliis. Facilius discursus gratia constituamus syllogismum definitum:

Quae praeter chrysopeian proficitur Alchymia, aut sunt essentia quinta, aut aliae res chymice preparatae, ut pote elixyria, olea, aqua, spiritus, sales, &c.

Neutrius est commendabilis Alchymia.

Nulla ergo modo commendabilis, & ex consequente iure damnanda.

Probatio assumpti versatur circa duo, quorum primum negat quintam essentiam in mundo sublimari, ubi medicamina preparantur esse: secundum caeterorum tam dignitatem, quam utilitatem, praeter Galenicis contemnit & explodit. Nos assumptum negamus, & prosyllogitinos eius vanissimos mendacissimosque, esse aut calumniose tractari & inscienter ostendimus ordine. Primum contra quintam essentiam sic ratiocinatur Censor pag. 12. apol. Hipp.

20 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

Si in mundo sublunari nulla est substantia ab elementis quatuor distincta, nulla est quinta essentia, quæ extrahi possit.

Prius est. Posterius ergo: & per consequens, ignis & opera perditur extrahendo.

Minor negatur, cum quæ hęc iam non probet Censor, vt vana relinquatur. Interim vt studiosius contrarium constet, primum opponimus Censori imperitissimo rerum naturalium, tantum Logici & Metaphysici argutiis innutrito iudicium Philosophorum grauissimorum, qui ex actione & passione inferiorum & superiorum colligunt materiarum seu substantiarum cõsensum quendam genericum, hoc est, materialem & subiecto tenus. Cum enim omnis virtus inferiorum, teste Aristotele, à superioribus quodam modo gubernetur, dicanturque fieri res in imo mundo influxu, lumine & calore cœlesti; agentia vero & patientia specie contraria, genere & subiecto, seu materia conueniant, necessarium statuit res mundi inter se participare materia. Hoc ipsam postea comprobare videntur etiam literæ sacrae, quæ cœlum dicunt interpositum esse inter aquas superiores & inferiores, vt ita nihil absurdum sit, sursum esse materiam congenerem mundo medio. Hoc declaratur amplius. Nam cum Deus ante stellas fecisset plantas, has prius accepisse cœlestem quandam naturam, ex toto consentaneum est; deinde vero separatim corpus cœterum ad superiora concessisse. Hinc & spiritus vitales plantarum & animalium exortas esse, plerique antiquorum statuerunt. Vnde Virgilius:

6. Æneid.

*Principio cœlum ac terras camposque liquentes
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agit molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumque genus vitæque volantum.
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus,
Ignea est illis vigor, & cœlestis origo
Seminiibus, &c. Et in 4. Georg.
His quidam signis, atque hæc exempla secuti
Esse apibus partem diuina mentis, & hausus
Æthereis dixere, &c.*

Nimirum non ex elementis solum Deus res procreauit, sed omnino ex cœlesti simul incluso elementis feminario, cuius reliquias monstrant in his, quæ noctu gliscunt, & cœleste lumen sine feruore aliisve ignis effectibus ei aculantur. Hanc essentiam monstrant & in oculis hominum, in quibus insitus est igniculus quidam cœlestis, & splendens spiritus. Eius generis esse dixerunt etiam spiritum animale. Insuper cum radios seu radiosum lumen proiciunt sydera, quod elementari materia exceptum colligitur, & tanquam forma in materia actum nata, etiam vnione sui inflammare, non aliter ac ignia meteororum potest; huic aliqui substantiam per se tribuunt, quanquam Aristoteli videatur etiam ignis quædam forma esse. Verum laborabit Censor, si eorum argumenta, qui cœleste quoddam, idque subtilissimum corpus lumen radiosum esse contendunt, nec qualitate nec formam, nisi relate, vt cum ad perspicuum refertur, & quasi in elementaribus niti videtur, in quibus tamen per momento quidem heret obiecto vmbaculo: imo euanescit calorifica eius vis subito nubibus saltem intercipientibus, scientificæ & inuictis demonstrationibus refutare velit, vt cunq; ex phantastica sua metaphysica multum fecerit verborum. Omnino tam Platonici, quam Medici, veteresque Physici & Philosophi, olim etiam Pœtæ Censori aduersantur, & in illa ipsa schola quondam Fernelius grauiter de hac quæstione disseruit, quasi præuisum in sua cathedra, aduersarium suum digito intendens. Consultatur iam etiam Peripatetica disciplina. In hac non negamus aliquando ex elementis dici composita esse mixta, perinde ac si cum hodie nascitur hordeum, bos, aut homo, conflarentur partes similes congressu separatorem elementorum. Sed perperam sic accipi Philosophum, qui vult ab æterno inceptam. Sic missionem feminariis principis, virtuteque continuari in his, quæ quocunq; modo sic nascuntur, aliunde dilucidum est. Et quidem non excludi ab eo cœlum, & à mistis relegari, ex his patet locis. *Est, inquit in 1. meteor. c. 2. ex necessitate continuus quodammodo iste superioribus latioribus (circa terram mundus) vt omni ipsius virtus inde gubernetur. Vnde enim motus principium omnibus inest, illam causam putandum est primam. Item: Subiectum & patiens appellamus hoc modo: (ignem, terram, & cognata his, vt in materia specie.) Causa autem vt vnde motus principium, eorum, quæ semper mouentur, virtus ponenda. Ex his colligitur, cum non fiat quoduis ex quolibet; sed determinatum: & naturaliter agentis finis sit similitudo passivi, si cœlum non gignit omnino sui similem in inferioribus naturam, tamen cognatam producere, quæ suæ causæ merito possit recte dici quinta, & hoc nos ex hypothesibus Aristotelicis, quæ non debent alienæ esse à Censore, sic ponimus, alias sacrarum literarum fidem magis sequentes. Atque hic est vnus locus. Alius extat in 1. de generat. animal. cap. 2. Marem dicimus (inquit) id animal, quod in alio gignit: Feminam, quod in seipso. Quamobrem in vniuerso quoque naturam terræ, quasi feminam matremque, statuunt: cœlum autem & Solem, & reliqua generis eiusdem nomine genitoris patrique, appellant. Consequens est, vt cum naturalis generatio ratione agentis requiratur, vt factus magis similis sit genitori, quam generatrici, cœlum agendo in his inferioribus sibi similem quandam naturam procreet, & in mistis generatis relinquat. Hanc naturam expresse nominat in 2. de generat. animal. cap. 3. Omnis anima, siue virtus, siue potentia corpus aliud participare videtur, idque magis diuinum, quam ea, quæ elementa vocantur. Verum prout nobilitate ignobilitate anima inter se differunt, ita & natura eius corporis differt. Inest enim in semine omnium, quod facit, vt secunda sint semina, videlicet quod calor vocatur, idque non ignis, non talis facultas aliqua est, sed spiritus, qui in semine ssumosque corpore continetur & natura, quæ in eo spiritu est, proportionem respondens elemento stellarum. Quamobrem ignis nullum animal gignit, neque constituit quicquam densis, vel humidis, vel siccis videtur. At vero Solis calor & animalium, &c. principium habet vitale. Hæc & similia ibi leguntur. Putat Aristoteles excellentem animæ naturam abhorreere à subiecto illo polluto, quod ab elementis conficitur. Amor enim est inter similia, quæ seclique amicum in amico. Quocirca naturam*

naturam cœlestem quandam proxime ei subternit quam vocat spiritum calidum, seu calorem in spiritu, qui porro in humido inest radicali. Si potuit Cenfor negare viuentia ali his, quæ nunquam vixerunt, cur nequit colligere vitam in diuiniore quodam corpore esse, quod ad ipsam propius accedat, quam Elementa? Vita actus animæ est, animaque ipsa principium & actus primus. In actiuore esse necesse est, quam sunt elementa. Istiusmodi vero cœlestis substantia & natura est. Hæc confirmantur Chymicis extractionibus & resolutione comprehensa. Nam quando aliquid putrefcit concluso vase, separatio exhibet nobis quatuor substantias elementis analogas, & insuper vnam nobilissimam quintam, non quidem separatim & sine illis in natura subsistentem: attamen quæ possit ex illis quodammodo euocari, & in nobilissima misti parte ostendi. Cæterum eadem sententia inuenitur & cap. 6. (Græcis) *ejusdem lib. de Gen. animal. Et in 3. de Gen. an. vlt. Generantur in terra humoreque animalia & planta. quoniam humor in terra, Spiritus in humore, calor animalis in vniuerso inest.* Vide & reliqua. Plura enim non sunt Cenfori isti opponenda, quanquam videri velit, se totum Aristotelem deglutiuissè. Consideremus argumenta sequentia.

Si esset aliqua quinta essentia, citra controuersiam materia inseparabiliter cohereret:

At Chymici volunt eam separari:

Non ergo est.

Major declaratur 1. quod omnes formæ physica à suo subiecto sint inseparabiles 2. quod certamen sit, num cogitatione possint separari formæ Physica, nedum essentia quinta. Puerumne, an anum quandam futilem hic audimus garrientem? Non intelligit ille bonus Cenfor quidnam vocent Chymici quintam essentiam Formam si aliqui appellent, relate appellant. Alioquin corpus esse (corpore accipimus more Aristotelico in præsentia) quis tam sit fatuus, quin agnoscat? Deinde corpus dicimus non vsquequaque extra elementaria, aut penitus & omnimodo ab illis separatim: sed purissimæ eorum in communi misto parti illigantur coherentemque propter cognationem essentiam. Quocirca acutus ille argumentator primum fallit formam Physicam ex quinta essentia procedendo: deinde æquiuoca separationem imponit lectoribus, sicque belle putat euersam esse essentiam quintam. *pag. 20. Apoll. Hip.* tribuit Chymicis, quod eliciant quintam essentiam igne ad sanitatem conseruandam. Si ea est forma Physica, vesane tribuit: san sapienter formam physicam non esse, intelligere potuit. *pag. ejusdem Apol. 76.* ex professo rem aggreditur, recipitque demonstrandum in mundo elementari quintam essentiam non extare: & cum extractores huius dicantur vulgo Spagirici, confecturum simul putat nomen spagirici esse profus inane, cui nulla res subit: titulum sine re. Parturient nimirum montes. Age procede demonstrator.

Spagiri nomen.

Si omnia hic à cœlo fiunt ex elementis quatuor, cœlumq; concurrat ad generationem mixtorum, vt efficiens, quæ est causa externa, non vt materia: quinta essentia in mixtis esse non potest.

Sed illud est. Hoc ergo.

Negat tyro Chymicus conexum. Finge cœlum agere in his inferioribus, vt mista generet ex quatuor Elementis: at cum agens naturale repatiatur: cœlum non nuda qualitate erit in mistis, sed aliqua substantia, eaque sui simili. Sic necesse est, vt sit in imis etiam substantia. Pone virtuale tantum contactum, at per virtutem quoque ad similem suæ naturæ essentiam contendet naturaliter, atque ita generando mista, procreabit simul naturam sibi analogam, quam nos essentiam appellamus quintam. Fatuus ille putat cœlum concurrere ad mitionem: tanquam Elementum materiale debere, cum dicimus quintam essentiam mistis perfectis in esse. In assumpto inconsiderata locutio est. Si omnia fiunt à cœlo, ex quatuor elementis, ex qua re ipsa fiunt elementa? Deinde contempletur quispiam generationem animalium, plantarum & analogorum, cum videat ex seminario principio, in quo erant potentia, prodire pene omnia perfecta, non autem constitui elementorum concursu, num fide dignum istud commentum de quatuor elementis possit iudicare? Nutritionem & resolutionem nobis monstrant. At nutritione elementis, quæ nõ vixerat, nõ potest tribuere Cenfor. Resolutione nominari audimus: sed nõ demonstrari. Cũ resoluitur aliquid per putredinem vase ocluso longe apparet secus. Insuper quæ faciebat Plantas olim, antequam cœli stellæ, per quas volunt peragi opera, essent? Cur necesse erat Deum singula procreare potente verbo, & singulis quoque perfectis inferere naturam propagatricem vel analogam, sine cœlo, si cœlum omnia facit mixta? Vbi nunc promissum demonstrationis? Tyro nõ ster contrarium demonstrat hoc modo:

Si cœlum (ex hypothesi data non concessa) mista perfecta in imis producit ex elementis quatuor, necesse est, vt non tantum qua per resolutionem exeunt, at latuerunt in misto potentia, coegerit: verum etiam naturam in illis quinta substantia analogam effecerit. Quid enim magni facit si elementa compingit?

Præter est. Posterius ergo: Et per consequens cum illa natura extrahitur per Spagyrum, nomen eius non erit sine re titulus.

Dico: *ex hypothesi data non concessa:* quia in elementis eomistis, natura non ex cœlo tunc, cum est generatio singularis & mistio, ortu ducit, sed ex seminio cuique diuinitus insito: quod tamen nihilominus ob analogiam cum cœlo cœleste appellamus imo ex cœli materia sumptum est à principio, non cœli actione, sed in iussu creatoris omnipotentis: cum natura seipsam creare non potuerit, neque existere temere. Itaque & in hac natura hærent vires & facultates eæ, quæ nullo modo ex Elementorum mixtura existere neque in Elementis hæerere possunt, nisi quis quærat etiam mirabilia arcana in lapidibus arenariis simplici compage natis.

Promatur aliud.

Ασπιζοντων elementis immisceri non potest nec cum eis coire ad corpus misti:

Cœlum est ασπιζοντων Elementis

22 **Examen sententiæ Parisiensis scholæ**

Cælum ergo eis immisceri non potest, &c. Et per consequens quinta essentia non est in mistis, nec ex eis potest extrahi.

Respondent nostri, si ab Aristotelis iudicio pendendum sit, Syllogismum quidem concedendum esse: sed quod inde contra quintam essentiam in mistis perfecte concluditur, non sequi. Conficit illi missionem, i. *de ortu text. 27.* in illis, quæ agunt patiunturque mutuo, seu vim in materia habent eadem: quæ vero agunt nec patiuntur, ut pote eandem materiam non habentia, misceri negat: quo pacto cælum substantia admisionem concurrere non potest. Sed neque ignis elementaris, si quidem maxime est formæ, actiusque magis, quam passivus, Ignis, inquit, *semper formam non propriam habere videtur: Sed in alio corpore. Aut enim aer aut fumus, aut terra videtur esse, quod ignitum est. Sed enim genus hoc apud Lunam querendum est.* Ignem meteoricum, qui est corpus imperfecte mistum, & flamma fumusque ardens, qui ex aère & terra constat *2. de ortu text. 28.* Et in terra existit *2. meteor. 4.* misti partem per se fieri, non est verò consentaneum. Imo & de aère dubitatur. Quocirca hæc duo alterius gratia concurrere videntur, & in mistis non permanere, nisi potentia transmutationis. Vnde in quarto meteororum generationes sic efficiuntur in Elementis, ut duæ potestates agant terminentque, duæ patiantur & terminentur. *Generant, inquit, calidum & frigidum dominantia materia: Item cap. 4. Dicuntur elementorum propriissime sicut quidem terra, humidum autem aqua. Propter hoc omnia terminata corpora hic non sine terra & aqua, &c. Et in terra & aqua animalia solum sunt: in aère vero & in igne non sunt: quia eorum materia hæc.*

3. Gen. an. 11. 2. de ortu text. 50. Ignis simpliciter nutritur solus. Solutus n. est & maxime ipsius forma.

Ex his est consequens, in igni & aère potius esse effectiva principia, vi & in latrone, quod demonstratur *2. de ortu text. 82.* In aqua & terra passiva, & sic materiam ab his conferri solum. Hoc non negabit Censor, si tam familiarem habet Aristotelem & adhuc sentit efficiens esse externum, & non intrare substantiam misti. Rationes autem quibus Aristoteles ostendere conatur, in misto esse omnia Elementa, non monstrant nisi duo tantum materialia: aerem & ignem ideo inesse dicunt, quia contraria; ex quibus fit generatio. Sed mox implicat seipsam demonstratio in argumento nutritionis. Vnde dicimus non amplius concludi posse ex istis Aristotelicis, quam ignem & aerem potestates quidem suas ad generationem contulisse: Et harum gratia esse contrarietatem in substantiis: Sed non necesse, ut etiam insint corpora, nisi potentia transmutationis. Sint ergo sic confecta mista, quoniam efficiens unum est cælum & Sol: alterum qualitates actiæ in Elementis: agentium autem finis est secundum naturam similitudo passi: non dubitamus asserere, ab istis principis in misto effectum esse diuinius quid, quam sunt elementa materialia: Et hoc esse, quod nos dicimus, quintam essentiam, quæ non est res extra elementa, nec sine elementis, si quidem in his fundamentis persistere volumus, sed in eis & ex eis effectum quid cælestes naturæ æmulum.

2. de Gen. nu. 1.

Ideo Censor non satis perpendit, quæ sit ratio istius naturæ quintæ in misto. Atqui eodem Aristotele auctore, nostram quintam essentiam etiam à cælo & generationis primordio seminali possumus deducere, ut partim ante fecimus, partim intelligitur ex *1. de gen. an. 18.* ubi dicit *naturam oriri ex semine quod sua natura ad totum facit trahitque originem ex ambobus coeuntibus, in quo est id, quod generat secundum principium motus à primo acceptum.* Hinc ait: *Dura, mollia, lenta, rigida & qui unque alij affectus paribus insunt animatis, à caliditate, frigiditateve effici possunt. At ratio, qua iam caro est, aut os non potest, sed à motu, proficiscente ab eo, quod genuit, quodq; actu est id, quod potentia est, id, ex quo gignitur efficitur.* Sed in qua materia est ille motus? Num in confluxu Elementorum? Neutiquam verò: Sed in sanguine, in sanguine & semine: in aliis materia seminea est vel analogus humor, quo comprehenditur principium illud cæleste, quod calor & spiritus dicitur. Non quidem & hic peragitur sine elementis generatio, sed tamen in eis efficitur id, quod pro quinta natura habemus. Si relinquimus Aristotelem, & sacram historiam consulimus, supra dictum est, nos haud ægre difficile tue efficere posse, ut credat naturæ inquisitor Deum ab initio etiam cælestem quandam portionem mistis contulisse, & in eis creasse siue Elementa accipiendo, siue commuam cæli materiam, siue nihil: creatam autem simul elementis cõtemperatis illigasse.

Aliud argumentum.

Cælorum materia est loco mobilis, non mutabilis, habet potentiam non ad esse, sed ad ubi esse nec principium maleficum, cujus causa mutantur quæcumq; ex Elementorum mixtione sunt orta.

Ergo non concurrat ad mixtionem, ut immisceatur, sed ut generationes efficiat.

Eiusdem fecis hoc argumentum est, cuius erat prius. Neque enim inde consequens est, nostram quintam naturam in mistis non gigni & existere. Mirabilis autem apparet illa Philosophia Thomistica, qua dicitur cælum habere potentiam non ad esse, sed ad ubi esse. Enimvero inquam semper habet actum suum, cumque semper sit in suo loco, semper in forma est. Si qua potentia ei tribuitur, ratione quadam & respectu partium tribuitur: ut sol in occidente constitutus potest esse in oriente, &c. At cælum ipsum per se semper fruitur sua perfectione & actu in loco suo. Deinde de mutabili cæli natura non altius quid sapiunt isti Theologi, quam quibus Ethnicorum, qui cælo æternitatem ascripserunt. Qui dicunt cælum habere potentiam non ad esse, sed ad ubi esse, non cogitant, id & creatum olim fuisse ex Chao, & potentiam destructionis diuinitus accepisse, quam esse eius naturam statuentum est. Cælum cum est, non simul non est, at potentiam ad non esse per eam naturam habet, qua inveterascere & comburi potest.

Spiritus sanctus inveterascere cælum dixit & interitum tandem. Est & mutatum maledictio Dei. Nec si nos non sentimus illas mutationes, nullæ sunt, quanquam Astrologi quidam videantur aliquid tale obseruasse. Si cælorum materia est aquea, ut ex Hebræo colligunt nonnulli: & aquæ ultra cælum tempore diluuii ruptis cæli claustris effusa sunt, mutabile esse consequens est, quanquam Deo

Deo sic volente seruanteque duret. Iterum mirifice differunt appellandæ potentiam materiæ & priuationem principium maleficum. At qua est principium, beneficum est, Nam principium est generationis & entis. Benefacit, qui occasione motus ex non ente ad ens præbet, qui que expulso deteriore reponit melius. Sed spinas has subtilibus istis relinquamus.

Sequitur prolepsis ex Platone, Aristotele, Stoicis, quorum sententia defendi posse videbatur quinta essentia. *Platonis anima exploditur, quia si diffusa esset per elementa, sequeretur, elementa esse animata:* quasi vero diffundi possit anima: aut statim sit animatum, cui adest anima quodammodo: vt sanguis, Spiritus, &c. In corporibus animalium. Cenfor non vidit vim argumenti quod inde potest extrui. Si enim anima illa mundi, siue sit anima vniuocæ, siue æquiuocæ, sparsa est per totum, non separata est à spiritu illo & calore cælesti, quo fiunt fœcunda femina, & cuius merito cælum potest agere in mundi medio. Motum sane, calorem & influxum plures Philosophi agnoscunt, nec recipiunt omnes signum illud Aristotelicum de calore per affricum solis in aëre tandem effectum, quo nihil stultius potest dici. Cælum calorem habet actu: Sed qui in cælesti materia nequeat efficere ea, quæ in elementaribus, cum actus ætiorum pendeant ex materiæ conditione, sitque motus actus mobilis. Influat itaque cælum seu per lumen, seu Spiritum calidum, aut etiam alio inperceptibili modo, & agat in mistis, quidni effecit in eis essentiam sibi analogam, aut etiam relinquat spiritus caloris, luminisq; collati quoddam principium? Nos tamen de hoc non vsque adeo solliciti sumus, vt pote quibus non deest ratio quintæ essentiæ probabilior.

Quid contra stoicorum ignem seu spiritum calidum? Opponit ei non argumenta, sed Aristotelem, & sic auctoritatem auctoritate iugulat. Vah acutum telum! Sed quid tamen dicit Aristoteles contra stoicorum spiritum calidum? Agnoscit quidem eum: Sed non vocat substantiam, verum accidens. Hem tibi. Hoc est refutare stoicos & Chymicos. Dic sententiam Aristoteles: *Generantur in terra humoresq; animalia & planta: quoniam humor in terra: Spiritus in humore, calor animalis in vniuerso inest ita, vt quodammodo sint plena animarum omnia.* Sed est ne iste spiritus calidus corpus? Imo est. Sic enim pergit: *Quamobrem consistunt celeriter, cum calor ille (nempe vna cum Spiritu) comprehensus est siue exceptus. Comprehenditur autem & humoribus corporeis incalcescentibus efficitur veluti bulla spumosa: Sed differentia nobilitatis, ignobiliorisve generis constituendi in comprehensione principij animalis est. Huius autem rei causam & loca habent, & C O R P U S, quod comprehenditur.* Ecce Aristoteles vocat corpus id, quod comprehenditur. Illud autem erat calor cum spiritu plane stoice. Præterea Cenfor cælo efficiendi vim tribuit. Aristoteles ait ex humore effici bullam. Quomodo hoc fit Cenfor? An non quia calor ille spirituosus ex cælo humorem ita nobilitat, vt qua fieri potest ex eo existat nostra illa quinta natura? Ne eludas Aristotelis locum, prohibet alius in 2, *de gen. an.* 3. vbi expresse nominat corpus aliud, præter elementa, idque vocat Spiritum & calorem analogum elemento stellarum. Hinc puta nostram quintam naturam existere.

Nouum argumentum, & quidem ex microcosmo acutissimum, dignumque Parisiensi Cenfore:

Si in mixtis esset quinta essentia præter quatuor elementa, in homine quoq; esset.

At qui in homine non est.

Neg, ergo in mixtis.

Probatur minor: Si enim esset, aut in solidis partibus esset (vel aliqua solidarum partium esset) aut humoribus aut spiritibus (vel humor, aut spiritus.) Sed nullum horum est. Non est ergo omnino. Quod nullum sit, patet: Nam maxime esset Spiritus. Sed hic non est quinta essentia: quod ostenditur. Nam spiritus sunt ignei aëri, minime cælestes. Cur? Quia primam originem habent ex sanguine ex quo nascitur Spiritus naturalis, qui est vapor sanguinis: ex naturali sit vitalis: ex vitali animalis. At vaporis substantia est elementaris. Non ergo cælestis: Nec potest ex elementari cælestis fieri. Tandem ergo consequens est nullam quintam essentiam esse in sublimari mundo.

Nos negamus minorem, & operosas illas probationes irridemus. Nam quidam spiritus in nobis sunt congeniti: quidam postgeniti. Congeniti in nobis extiterunt tum ex principio femineo, in quo fuerunt actus, tum procreatione similis ex materia disposita. Cenfor fabulam narrat de his, qui post ex sanguine nascuntur nostro. At spiritum habebat conceptus antequam sanguis fieret, vt in ouo. Item narrat de spiritibus illis instrumentalibus, qui in corde, vel cerebro generati per arterias, & nervos distribuuntur. Hos nullus Chymicorum extrahit, nec pro sua quinta essentia vnquam vendidit. Imo hi Spiritus affluunt partibus, nõ sunt aliquid ex earum constitutione. Si ergo illa quinta essentia in nobis est, & elicitur post mortem ex similaribus, necesse est, vt in alio sit, & aliud, quam spiritus isti Cenforis, quos siue ex sanguine, siue aliunde generet (Galenici etiam ex aëre inspirato constant) id nihil ad Chymicos, qui demonstrant spirituofam & cælestem suam naturam esse in membris solidis magis, quam in reliquis: Et ad oculum monstrant calorem spirituofum concretionem spirituali in cælesti suo (quod sic per analogiam & non per synonymiam vocatur) corpore hærentem per putrefactiones in vasibus suis, quæ respondent vasibus naturalibus ita, vt quod hic sit, naturaliter factum intelligatur, & vicissim. Eundem monstrat & Aristoteles in generatione & resolutione misti: monstrat in vermibus inter putrescentem natis. Et nihilominus etiam Elementa vtrobique conspiciuntur segregata.

Nihil enim fit ex toto illius iudicio. Sic ergo contra Cenforem concludimus

24 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

Si in membris hominum est quinta essentia, in mistis esse statuendum est. Sunt enim illa mixta. At qui inest: argumento naturalium & artificialium resolutionum: item vi principiorum generatio- nis, & autoritate sapientum. Est ergo quinta essentia Chymica in mistis.

Vide Francis- Valles lib. 2. cont. Med. & Phil. 6. 17.

De anima, mori, & te- peramenti cõsecutione.

Cæterum antequam Chymicos illo suo argumento vexet Censor, ne dicatur principium petere, & probare incertum per incertiora, prius demonstrat naturalem suum spiritum ex sanguine natum: demonstret ex hoc fieri vitalem: nutritionem Galenicam repudiet: Spiritus animalis igneusne an aeris sit: vapidus, an halituosus: an porius cœlestis, nobis evidenter exponat. Neque enim ratio est cur plus fidei tribuamus Censori, quam grauiissimis autoribus aliis. Errare alicubi mauult cum Aristotele, Galeno, Hippocrate, quam cum Rhondeletio & Scaligero bene sentire. Cur ergo non sentit cum Galeno, qui spiritum animalem conficit ex contemperatone substantiæ igneæ & aeræ, dicitque esse materiam propriam animæ? Item aerem esse sua natura elementum frigidum, quod temperetur mixtionē elementi ignei. *in libro de vsu respirationis* animalem illum nutrit partim aere inspirato, partim euaporatione sanguinis. Alibi aut substantiam animæ vult esse, aut proximum eius instrumentum; a- libi negat esse animæ substantiam. In his labore ille potius, quam in Chymicis confutandis, & operæ aliquid sumat in Zabarelle argumentis contra Galenum *cap. 9. de anima partitione*. Simulque Franciscum Vallesium de naturali Infito & eo, qui in testiculis ex vitali fit, consideret.

Sequitur argumentum aliud.

Quod elementare est, non est quinta essentia:

Extracta Chymicorum sunt elementaria:

Extracta erga eorum non sunt quinta essentia & ex consequente nulla est quinta essentia Alchy- mia.

Minor probatur: quia sicut Sol suo calore à terris suscitatur halitus duplicem: vaporem, ex quo aquea meteo- ra: & exhalationem, ex cuius ignea parte nascuntur ignea: aërea venti: ita Chymici ex mistis igne artificiali eliciunt va- pore, quo consistente sunt aqua: & exhalationem, quæ pinguis coalescit in olea: sicior & tenuior, Spiritus præbet.

Maiores homonymiam habet. Elementare quidem non est cœleste secundum propriam & vniu- cam rationem: at secundum analogiam quid nil sit? Ita ignem cœlestem ex radiis solis exceperunt ve- res in sacrificiis, indeq; eum appellarunt cœlestem, distinxeruntq; ab eo, qui ex mistis excutitur. Nos quin- tam essentiam in mistis non illam nudam cœli simplicissimamq; substantiam querimus, sed nobilissi- mam partem cœlestis naturæ æmulam sic vocamus: de qua dicimus qd nihil obster quin elementis inter se commistis operante seu cœlo, vt volunt, seu inrita natura cum calore & Spiritu, affit etiam pars cœ- lestis ex primæ procreationis & propagationis per semen cuiusq; virtute: quam partem si donare non potes, factis est si analogum quid cœlo obtinemus.

Minor eandem habet æquiocationem. Elementaria sunt secundum quid: Et sane quædam plus, quædam minus. At alia ratione etiam cœlestia, potissimum autem ea essentia, quam specialiter voca- mus quintam. Probatio minoris imperita est rerum Chymicarum. Neq; enim is solus modus est faci- dæ quintæ essentiæ: Sed vnus etiam extractio per esse quintum aliud, quod postea separatam sola cir- culatione exaltatur: alius est per putrefactionem artificiosam, & separationem. Nonnunquam et expres- sio, digestio aliiq; exaltatorii processus inferunt. De his quidem in Chymica arte. Destillatio non fa- cit quintas essentias tantum in specie sic dictas: verum etiam alia extracta. Sed iam saltem id ponamus. Queramus autem ex Censore, si Cometæ sunt exhalationis extrinsecæ consistentia, quando vltra Lunam in æthere apparent, eratne eorum materia elementaris, an cœlestis? In cœlum inferri nihil potest, nisi cœleste. Si Sol id operatur, & similiter agit Chymia, consequens est, Chymicos extrahere posse cœle- stem naturam. Cometæ autem quosdam iam in æthere visos esse demonstrarunt pridem astrologi. De- inde interrogamus iterum, putetne id, quod Sol extrahit, mistum, perfectè, an imperfectè. Si velit ma- nere in decretis suæ Philosophiæ, imperfectè mista appellabit: quorum concretionem diurnam esse impossibile est. At Chymicorum essentiæ sunt mistæ perfectæ & nisi attenuentur, expirentq; sed fixæ sunt, quam diutissime conseruantur, & omnino etiam cum expirant, non ponunt naturæ suæ pri- mordium, id quod patet, quando circulantur aut denuo destillantur, quod necesse est fieri per resolu- tionem in halitus, siue eam transmutationem dicas, siue rarefactionem & attenuationem tantum. In- super essentiæ Chymicorum secum trahunt totam vim rei in recondito repositam. Num & quæ Sol extrahit? Alias disparitatis rationes omitto. Constat ex dictis, non plane ita extrahi quintas naturas ex rebus mistis arte, vt Sol extrahit: sicut neque paria sequuntur, sole plerumque res integras relinquen- te & tantum lambicante elementares, aut excrementitios, qui leuicule constiterant succos: at arte mi- stum totum soluente. Non ergo si Sol elementaria facit, etiam Chymici. Aliud:

Si sol naturaq; non secernit meteo- ra, nec potest quintas essentias extrahere: nec Chymici poterunt.

At qui sol naturaq; id non potest.

Neg. ergo Chymici.

Probatur minor: quia sol non secernit Cometæ, sed si potentia inerant in misto: Secretio actu insistentia e- ducit.

O miserum argumentatorem. Qui secernit Principium materiale & adhibet ea, quibus consistat formamq; accipiat, simul dicitur rem totam segregasse. Nec verum est actu inexistere debere ea, q̄ se- cernuntur. Sol calore secernit halitus, ex medio mundo: at ibi hi erant actu? Aristoteles ex misto sepa- rat elementa: At hæc potentia inerant. Sed de secretionem alias. Maior falla est. Nam quod ars ex- petet naturam, aperit destillatio artificiosa oleorum, quæ nullus Sol poterat efficere sine artis adiu- meo,

Cometa cœ- lestes. A. 1573. 1604.

mento. Interim tamen cum & solis calor per parabolas arte dirigitur, non nihil etiam per hunc acquirunt Chymici. Quocirca falsa fit & minor magna parte. Quid si diceremus manna illud Israeli-
ticum, cibum cœlestem, miraculose à Deo in natura effectum, non fuisse aliud, quam Deo singulariter
procurante, extractam à sole quintam essentiam, quæ dispositione diuina in aëre ex materia extracta
fuerit certo modo formata viribusque instructa? Nemo poterit negare Deum ad hanc non vsum na-
tura, quanquam singulariter gubernata, & miraculose directa. Cibus erat naturalis: liquecebat ra-
diis solaribus vt agnosceres consensum agentis & patientis: putrescebat, abibatque in vermes: Sa-
porem habebat suum, vt agnosceres misturam. Vide an Angelicum & cœlestem panem ex meris con-
flare elementis debeas.

Quid de melle, & vtitata manna? Si natura per calorem solis hoc potest sola: cur non possit ar-
te seu diuina seu humana adiuta? Non operantur sine natura & instrumentis naturalibus Chymici.
Ex natura eliciunt id, quod factum erat natura Deo in initio condente & postea per generationem
propagante. Natura dispositiones habent in oculis, & instrumenta naturalia, artificialiaque perite ac-
commodant.

Aliud: quod proponemus puris verbis Censoris:

*Forma mixti est vel temperies, vel temperiem proxime sequens essentia.
Atqui temperies dissoluitur se ratione.
Ergo forma Physica est inseparabilis à materia, vt desinant posthac Spagyrici moliri secretionem quin-
ta, id est, cœlestis substantia.*

*Similis Pa-
ralogismus
habetur su-
pra.*

Quot tu hic flagitia ratiocinando turpissime commisit Censor? Quot meritis es plagas? Ecce
tuas inaptias: Quæstio, quæ concluditur, debet esse:

*Quinta essentia non potest secerni.
Quia forma Physica est inseparabilis:*

*Argumentum:
Prosyllogismus:*

*Quia temperies dissoluitur secretionem: Est autem ea vel forma mitti: vel forma est, proxime se-
quens temperiem essentia. Quid quæso cui connectitur? Sed operam demus, num aliquid possumus
exculpere.*

*Forma Physica est inseparabilis à materia:
Quinta essentia est forma Physica:
Quinta essentia ergo non potest separari. Major probatur hoc prosyllogismo:
Temperies est inseparabilis: quia soluitur secretionem:
Forma Physica est temperies:
Ergo inseparabilis.*

Nugas nugacissimas auditis. Quis est ille, qui dicit quintam essentiam esse formam physicam? De-
inde mox confiteretur Censor, mentem esse separabilem. At mens forma hominis Physica est, si pro-
anima humana accipitur. Quædam ergo forma Physica est separabilis. Insuper Syllogismus quintam es-
sentiam in esse præsupponit. Si enim est inseparabilis: Est ergo in mistis. Quorum enim diceretur
inseparabilis, si non inesset? Num ergo donat Chymicis quintam in mistis naturam? Prosyllogismi
maior bene dicit temperiem inseparabilem esse ab eo, cuius est temperies. At quando in proprio in-
timoque & essentiali subiecto ab elementari crassitie liberatur, sicque simul transfertur cum subiecto
suo: alio modo, & quidem Chimico & Aristotelico est separabilis. Minor ruditatem Censoris
arguit, qui nondum 'cir, quid sit forma Physica. Quid enim erit in simplicibus elementis & cœlo, si vel
temperies est, vel essentia eam proxime sequens? In mistis forma mixti prætur que designatur per
consequentes vires primis qualitatibus indicatas. Sed est aliquid interius, nempe qua est mistum: di-
cique solet ratio mistionis in vnione mistilium consistens. Crasin vocamus interiorem, à qua pro-
deunt vires. Chymici hanc non soluunt, sed in suo subiecto astralis naturæ deferunt. Et hætenus qui-
dem de hac quæstione: Sequitur de extractis aliis, & magisteriis.

Superfunt adhuc duo in Alchymia nondum labefactata, nempe Enchiria, quæ est prior pars Al-
chymia de bene operando, vt fiat opus speciesque, quam Chymicam dicimus: Deinde opera ipsa ve-
ta, vt vini spiritus, olea, aque, sales, elixyria & huiusmodi.

Non quidem plane tollit operationes artis Censor: veruntamen adeo contempnas vilesque fa-
cit, vt putet eas indignas esse maiestate Medici, & pertinere ad Pharmacopœorum famulos, vt sic plane
sunt in imis subfelliis penæque cloaca medicinæ. Redigamus sententiam in syllogismum:

*Quod indignum est maiestate medica, de eo non est, vt magnopere glorientur Chymici.
Operationes Alchymia indignæ sunt maiestate medica, & in his destillatio.
De operationibus ergo & destillatione non est vt magnopere se jactent Chymici.*

*In breuidis-
schola non o-
mnino dam-
nans nostram
preparatio-
nem.*

Minor probatur: quia pertinent ad vilissimos Pharmacopœorum famulos: 1. Preparaciones Chymica, vt vt A-
rabibus veteribus fuerunt omnia tamen iacuerunt vsque ad hunc diem contempta. Hæc argumenta ponuntur in
apol. pro Hipp. pag. 13. Mansi stum est (inquit Censor) Alchymiam esse minimam partem Pharmaceuticas, destillatores
esse ministros Pharmaceuticorum, vt sunt Pharmacopœi Medicorum. Qua perhibetur à vobis artium regina, est Pharma-
ceuticas ancillula, &c. pag. 43. vestra preparaciones iacuerunt ad hunc diem contemptæ, nisi quod tempus demonstrauit,
hoc inuentum esse inutile ordinariis & cœnetos preparacionis modos esse potiores, &c. p. 16. apol. ejusdem operatio Phar-
macopœi relinquenda erit, indigna Medici maiestate, cuius est prescribere non operari. In discursu breui, pag. 18. & seq.
Indicat Medicos docere formulas remedium & operandi modum, non adiuuere manu.

Velleins

26 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

Execratio Velle ne Medicos ad tōstrinas & Pharmocopoliā relegare: Velle ne Medicum inter artifices operarios à Magistratu re.
Censoris: quæ ferri: Artē liberalem visio reddere sellulariam: Dij potius te perduint, &c.
est bonū ar-
gumentū, sci.

Perinde sit hic, ac cum quidam M E D I C I herbarum indagatōnem ad acquirendam notitiam earum, aniculis ascribunt. *Vetularum est*, inquit, *per sylvas, præta, Montes & alia loca querere herbas. Majestas medica tam vile studium respuit, auersatur, repellit.* Et Censor similiter statuit de Chirurgia.

Majestas medica non debet insuperbiā, quæ id contēnit, quod est functionis propria, mutari.

Bene sit Medicis Parisiensibus, cum sua maiestate, quæ sapissime tamen sese demittere cogitur ad matulas, & sellas ægrotantium, vt vere fiat ista dignitas sellaria. Nos non putamus huiusmodi vilia officia & operationes obstarē maiestati veræ medicinæ, quia tunc id, quod iustum est, fit: impieturque vulgare dictum: Quo quisque maior est, tanto se submissus gerat: Imo illud Saluatoris peragitur, quo iubet tanto magis inferuire alterum alteri, quo se maiorem putat. Semper hoc animis magnis fuit familiare, vt se demitterent etiam ad vilissima, nec puduit magnos Imperatores ea interdum facere, quæ calones & lixæ gregariique milites. Secare cadauera Anatomicorum est, pertinetque ad eam partem Medicinæ, quæ Physiologia appellatur. At Medici maiestas non perit manua illa administratione, nec ideo fit carnifex, aut lanio Medicus, licet carnes secando faciat, & sæpe laiciet membra.

Bene Aristoteles in *1. de part. an. 5. Restat vt de animantis natura differamus, nihil pro viribus omissentes, vel vilius, vel nobilius.* Nam & in is, quæ hoc in genere minus grata nostro occurrunt sensui, natura parens & author omnium miras excitat volūptates hominibus, qui intelligunt causas ingenueque philosophantur, &c. Item: *Quamobrem viliorum animalium disputatōnem per pensionemque fastidio puerili quodam spreuisse, molesteque tulisse, dignum nequaquam est, cum nullares sit natura, in qua non mirandum aliquid indurum habeatur.* Hæc ille. Quorum autem? Vt intelligamus nempe, Censorem vti argumento pudendo, quod maiestatem medicam contuellit, non commendat. Non enim si Medicus aliquid per ministrum procurat aliquando, id non eras eius officii: Imo tanto magis oportet eum operationum esse gnarum, quo magis querit opus iustum, quoque magis vult eiusdem esse Gubernator, & Censor, id quod fieri est impossibile, nisi ipse aut didicerit olim operari, aut interdum adhuc labore. Nescit effectum is, qui causas non intelligit. Scientia enim est per causas. Quando ergo præscribit Chymicam operationem, an non necesse est eum futilem & ridiculum esse? Nam id præscribit, quod nec intelligit, nec fecit aliquando ipse, aut facere potest.

Pertinet ad famulos, inquit, operatio. Imo, inquam, pertinet etiam ad eodem irridere & explodere Medicum istum in sua sella sedentem præscribentemque fatua, & non raro impossibilia, id quod sæpe est comparatum: Siquæ Pharmacopolæ Parisienses deberent interrogati respondere, miras audiremus fabulas istorum præscriptorum. Non iubemus semper operari Medicum: Sed tamen cum res requirit debet & posse operari ipse, & famulis modum monstrare, beneque de operationibus iudicare.

Medicus eius, quod præscribit, debet esse quasi forma, vt pote qui artē, vnde est Medicus, in se habet. Si præscribit destillanda artificiose, destillatoria erit, in forma eius. Si hæc, ergo fastidiosum quid etiam Medicus est. Quod sic per famulum facit, ipse fecisse dicitur: Si non sic facit: temere se excusat periurio & negligentia famuli. Quæ vero tu Censor conscientia ante annos viginti scripsisti Pharmaceuticē, in qua nunquam admouisti manum? Si ea est pars Medicinæ, vt & Chirurgia, debes eam excoluisse, præsertim præcepta scribere instituens. Quid præcepisti, quæso cum rolaceam velles destillari? Mesuæus iubebat discipulos medicinæ adire artifices, & apud eos discere. Iubebat idem Rhafes. Neque est consequens, vt te magistratus ideo Pharmacopœum esse iubeat, & assidue fornaculis, id quod ne Chymici quidem volunt. At cum ebrius vel absente Pharmacopœo Clyster est adhibendus, tua maiestate non sit indignum, hæc ipsum posse. Maiestas Medica olim erat Chirurgicæ administratio, in qua apud Poëtam, etiam Mariscus ferro aperire. Nec Galenus, nec Hippocrates se indignam iudicabant Chirurgiam: quam omnino adhuc hodie exercere teneremur, si non essent tanto numero Chirugi.

Nō est maiestas medicinae nolle destillare, cuius habet præcepta, sed iocordia personæ maiestatem medicinae polluitis.

Longe scœdius est vulnera, & vlcera extergere, vnguentisque & emplastris illinere, & cætera exequi, quam destillare, quod olim Reges se non indignum putabant, nec desunt hodie magni Principes, qui tum ipsi in destillatorio laborant, tum laborantibus astant contemplatores & indices operum. Fastidium id illiberale est, non indigna Medico functio. Quod autem scribis, Chymicæ præparationes ad hunc diem iacuisse contemptas, mendacium est turpissimum, quod vel Sellularium tuum ministrum dedecebat, nedum T A N T Æ M A I E S T A T I S Medicum. Sed in schola vestra fortasse mentiri abnormiter est maiestatis medicæ: operari Chymicæ non est. Dico te mentiri non Logice tantum, verum etiam Ethice, cum id facias contra conscientiam, studio artē nobilissimam infamandi. Demonstravi vero supra, minime contemptam iacuisse Chymiam, sed celebratam penè vbivis gentium quouis seculo, licet non commissam vulgo, quod si factum fuisset, vere ad contemptum quodammodo recidisset. Nunc non spernitur, nisi ab his, à quibus celebrari & excoli ex officio maiestatis suæ debebat.

Chymia an illiberalis.

1. de part. an. 1.

Porro Chymiam etiam illiberalem artē esse innuit, cum eius operationes opponit Medicinæ liberali. Sed delirium hoc & vesaniam quandam mentis esse, facile apparet. A I C H Y M I Æ operationes magis sunt naturæ, quam artis, quæ ministrat saltem, sed illa potissimas in perficiendo sibi vendicat. Vtrobique vero est causa illa, quam Philosophus appellat, cuius gratia, quam dicit principatum obtinere; cum sit ratio & principium pariter in rebus tantæ arte, quam natura recte constituendis, vt pote cum tam M E D I C I quam opifices soleant

soleant cur ita FACIANT, causas subiungere. Est autem in ratione hæc Bonum & pulchrum, idque magis respectu naturæ, quam artis. Potestne fieri, & quod bonum pulchrumque sibi proposuimus habere, si illiberale, & inutile? Si illiberales sunt operationes, & inutiles, non potest quicquam liberale, & utile in effectis, si inbusque esse: neque boni quicquam & pulchri. Consideret autem quispiam essentias Chymicas, & magisteria, an nihil habeant liberale, nihil boni, nihil pulchri, nihil vile. Deinde operationes istæ, quia ex fundamento scientiæ naturalis sunt extractæ, si sunt illiberales, possuntne principia liberalia habere? Quid sit in Enchiria, cuius non reddimus causam ex natura? Neque enim pendit ex voluntate & arbitrio nostro primum labores, sed ex naturarum facultatibus, dispositione & viribus. Verum hæc mitto.

Ad ultimum vituperium accedo, quò vult Censor, Chymia posse nos carere, & Chymica longè posteriora esse vulgariarum officinarum medicaminibus. Fiat & de hac parte Syllogismus:

An medicina hodie possit carere Chymia.

Sicut explosa chrysopeia, Quintaque essentia sublata, contempta vero Enchiria, illa quoque Chymica, quæ schola non repudiat, primum adeo non sunt necessaria, ut eis carere possit medicina, postea postponenda veteribus medicamentis, tertio etiam noxia, ut nequeant tuto usurpari, nec in purgando, nec in alterando: Sequitur Alchymiam totam esse fatile & inane signentum:

Prius est. Et Posterius ergo.

Minor probatur ordine per membra. Primum sic probatur: I. Medicina caruit olim tempore Hippocratis & Galeni preparatione Chymica medicamentorum, sine vlla iactura sanitatis. Ergo & hodie carere potest. Antecedens declaratur: Nec minus bene, imò ausim dicere melius tum fiebat medicina. Item in specie de destillatione dicitur & olim caruisse & iam carere ea posse medicinam. II. Medendi perfectio non consistit in varia preparatione remediorum, aut per destillationem preparatis, ut sufflones (ita Chymicos nominat) bonarum artium ignari putant, sed in dignatione morbi, quòd qui potest, bene mederi potest.

pag 15. 16. Apol. pro Hipp. Medicina Parisiensis in quare.

Respondemus primum negando consequentiam. Non enim si olim caruit alicubi etiam hodie potest carere siue respicias simpliciter medicinam siue medicandi melius rationem: Sanitatis defensionem autem, siue meliorem. Ratio est primum, quòd hodie medicamentis & præceptis aucta medicina creuerit. Et in sui essentiali complexum receperit, tum medicinas aliaque opera Chymica, tum præcepta vnde intelligitur. Si hodie compositiones post Galentum ab Arabibus inuentæ essent faciendæ, sique medicina ex præscripto infinitorum post Medicorum instituerida, nos non posse carere Chymicis. Non potest carere ars medica suo membro, quin sit imperfecta & manca. [Destillatio hodiernam medicinam perficit. Non potest tolli, nisi perfectione sublata. Hæc perdita non amplius est medicina nostra, nec hodierna. Qui non callet destillatoriam, hodie perfectus Medicus non est. Forma enim perfecta caret.] At destillatoria est medicinæ, qualis est hodie, membrum; quòd non tantum M. sive. Balcais & alii veteres docent, sed & recentes, Sylius, Fernelius, Hollerius: Et quot sunt antiautoria in quibus non est ars ista?

Deinde à n. nili patet idem. Si enim similiter exigenda à medicina essent illa, quæ olim non asserunt Hippocrati, pro hominum fidem quantum cumulus medicaminum esset resecandus, & ferre ad eleborum redeundum? Forent etiam in usum reuocanda illa, quæ iam plane deserunt, & ex parte etiam ea, quæ quid fuerint ignotamus. Cur? Quia his, quæ post Hippocratem sunt inuenta, potuit tunc carere medicina: Et tamen melius tunc sanati sunt homines. Num etiam absque Eleboro? Nam absque cæteris tunc in usu existentibus? Præterea male consuluit suæ maiestati Censor hoc enunciat. Quia recurrendum esset ei ad illiberalem illam sellulariam Chirurgicorum & Clinicorum ministeriorum. Quid si eodem fundamento ex Plinio medicinam Hippocraticam totam damnamus? Caruit Hippocrates & Galeni medicina mundus aliquot centuriis annorum. Ergo & hodie carere potest: Et tamen prius illis temporibus homines facilius meliusque sanabantur, quam hodie. An non ad Anticyras ducendus es Censor? Ita argumentare de glandibus, & frumento, imò de omnibus artibus post diluuium inuentis. Belle argumentaberis: Quòd dicis, melius fuisse curatos ægros tempore Hippocratis, quam nostro, id primum deceptus opinione & fiducia quadam temeraria dicis: Longe enim secus legimus in libris popularium Hippocratis, & alii. Deinde si id ita esset, ex accidente latere foret. Nam perinde foret, ac si dicerem in America facilius sanantur homines, quam apud nos. Eorum ergo medicina melior, nosque possumus hac nostra carere. Differt mundus regionum salubritate & insalubritate: differt ætate, differt moribus; nec præscribendum Deo largitori artium est, quando quid velit in subsidium miseriarum nostrarum producere. Nostra secula homines habent imbecilliores variis de causis: habent intemperantiores; inobedientiores &c. Non satis est Medicum suum facere officium, sed & ægrotantes, & astantes, oportetque externa fide esse comparata. Omniño falsum & fatile est, nos carere posse Chymicis ut nihilominus apud nos nostro seculo sit perfecta medicina: sicut tempore Hippocratis fuit, ut tacèam tunc minime fuisse perfectam. Incepit enim cum Hippocrate Hippocratica, nec simul potuit cepisse & perfici. Num vero etiam si respicimus n. id est quod iam dicitur à n. possumus carere alchymia, & nominatim destillatoria? Ingratè Dei munera æstimat, quisquis hoc statuit, nec ab impietatis crimine se liberare potest. Ad medicandum melius facilliusque cuius, iucundius, tutius, quantum confert adiumenti medicina? Nec id simpliciter tantum, verum etiam ratione circumstantiarum. In maximis malis, Syncope, Lipothymia, Apoplexia, caduco & huiusmodi quid celerius opem fert Chymicis? Hinc ille aquæ stillatiuæ apoplecticæ, aut epilepticæ; cordiales & infinitus numerus aliarum. Hinc illæ aquæ vitæ conseruandæ. In Chirurgicis nunquam tum floruit medicina, quam inuentis balsamis & variis aliis medicamentis. In diæta præstantissima præbet analepticas pro consumptis Alchymia: quæ tanto citius vires restaurant, quo facilius conco-

Num Hippocratis temporibus melius curati ægroti quam nostris.

28 Examen sententiæ Scholæ Parisiensis

qui possunt & calorem spiritusque fouere. Sed non est sanus, qui seu Censori, seu Scholæ Parisiensis hoc velit stipulari.

Ad secundum syllogismum. Negat medendi perfectionem consistere in præparatione medicinarum. Agnosco æquiuocum vocis medendi sensum, & amphibologam orationem. Si intelligit singularem aliquam medicationem, qua quis, febris medetur data fortassis Endiuia, lactuca & aliis crude deuorandis, aut hydrophobiam sanat præcipitatione in aquam, quomodo interdum & quartanæ sunt sublata, fieri sane possit, vt non consistat medela in præparatione & præparatis medicamentis, sicut & cum dolor dentium tollitur dente sublato. Sed hoc sensu fallit argumentum Elencho à dicto secundum quid & accidentis. Sin autem vt ipsa requirit disputatio, totaque sententia loci, integra accipitur medicina, cuius perfectio est in omnibus pariter membris artis, & sine eorum tum generalis, tum specialis, seu integralis & partialis, vt loqui solent: falsissimum est, quod dicitur. Nam si perfecta posset esse medicina sine præparatoria medicinarum arte, pharmaceuticæ non esset membrum Therapeutica, quod faceret ad integri constitutionem absolutam: Atqui omnium Medicorum iudicio ea est membrum eiusmodi, vt eo absente manca minimeque perfecta esset Therapeutica, & per consequens etiam medicina tota. Quis ergo furor est Censoris, vt scribat medicinæ perfectionem non consistere in præparatoria? Talemne medicinam habetis Parisiis? Talemne doctrinam & Doctores, & eos quidem, qui inter vos sunt docendi magistri primarii, quorum scripta volant in publico? Non ita nec arbitramur, nec haecenus vidimus: Sed Censoris hoc est solius phantasma: Sed dic Censor, in qua re est sita tua perfectio? In morborum inquis cognitione: Si hoc verum est, medicina Parisiensis nihil habet essentiali; nisi pathologiam, caretque physiologia & Therapeutica: Et si qua forte etiam sanat, obiter sequitur Therapeutica, tanquam amanuentis quispiam & famulus Domini. O te delirum Censorem, & matulium duobus membris principalibus Medicum. Perfectio seu *επιτελευτη* est actus quidam cum sine perfecto coniunctus arguit; reciproce substantiam rei tanquam forma propria & habitus. Si cognitio morborum est, perfectio medicinæ, reciproce eouertuntur & arguuntur mutuo. At hoc est impossibile. Nam cognitio morborum tantum est quædam particularis perfectio pathologiæ, quæ insuper habet etiam considerationem causarum & symptomatum. Intelligitis ergo Studiosi sapientiam præceptoris huius. pag. 81. apol. Hipp. alla vitur lingua. Dicit enim primum medentis consilium esse inuenire remedium, & depellendo morbo sit accommodatum. At remedium magna ex parte indiget præparatione. Est ergo vt subiectum ita adiunctum eiusdem scientiæ necessitatis & perfectionis finisq; medicinæ: Neq; vero illa inuentio adeo facilis est, vt scribit pag. 16. Quo maior cumulus remediorum est, eo electio difficilior. Quo præparationum maior varietas, eo dubitatio ancipitior, & electio hæsitantior, vt nõ possit mediocriter doctus vndiq; quæ velit, seligere. Nec est facilius remedium inuenire, quam morbum nosse, vt sibi formiat. Sæpe enim etiam indocti agnosceunt morbos: sed nesciunt remedium, præparationes eius & accommodationes. Falsum est, quod summa laus artis in notitia morborum causarum & symptomatum consistat: sed in medicatione est vnde & ars nomen habet. Medicari autem est morbo remedium inuenire & eo sublato sanitatem reducere. At inquit Hippocrates Medicum cognitione morbi instructum posse mederi. Agnosco dictum, quod sufficiens ad cognitionem, etiam sit sufficiens ad sanationem. Sed in eodem libro de arte, eodemq; contextu, hæc quoq; leguntur: *Eiusdem scientia est morborum causas nosse & morbos ipsos omnib. medicamentis qua augescere morbum prohibent curare posse.* Deinde illud dictum non loquitur de morbo, sed simpliciter de cognitione; vt intelligamus cõprehendi morbum cum medicamento. Hoc in lib. de ornatu decente apertius declaratur, cõ inquit: *Firma memoria teneto medicamentum & simplices facultates & descriptas si modo tales extant. Sint & in memoria tibi morborum curationes & harum modi, quotupluciter, & quomodo in singulis se habeant. Hoc enim est principium in medicina & medium & finis. Præparata quoq; tibi sint malagmatum genera ad singulos vsus: portiones qua incidere possunt, ex descriptione præparata iuxta genera in promptu sint & qua ad medicationem pertinent, ad purgationes sumta de locis congruis & parata eo, quo conuenit modo, iuxta genera & magnitudines ad vetustatem ferendam curata. Hæc & alia multa ibi Hippocrates, qui forte etiam Cinniflo tunc erat, aut sufflo. Certe tibi is sufflauit, seu suggestit hoc præclarum de arte primordium: Sunt quidam, qui artem putant reliquas artes turpiter incessendo de honestate. At qui id quidem veluti putant, non transigunt, sed propriam cognitionem ac scientiam ambiriose ostentant. Mibi vero inuenire aliquem eorum, qua nondum inuenta sunt, quod ipsum notum, quam occultum esse præferet, scientia votum ac opus esse videtur. &c. Lege & reliqua pulcherrime dicta, quæ is tibi sufflauit quidem, sed tua stultitia non admittit, aut excussit. Concludamus iam hunc sermonem contra Censorem:*

Quo medicina nostri seculi non potest carere, & quo ignorato deficientene ignoratur deficit que medicina hodierna perfectio, id necessarium omnino est Medico, debet que sua maiestate non fraudari: Præparationibus Chymicis medicina nostri seculi non potest carere, & illis ignoratis deficientibusve ignoratur & deficit medicina nostra perfectio. Ergo præparationes Chymicae sunt necessaria Medico, &c.

Membrum syllogismi secundum quiescit in autoritate scholæ Parisiensis, quæ præfert, infusa, decocta & aliter vetere more præparata propter antiquum vsum. Deinde etiam confirmatur membro tertio, pag. 18. apolog. Hippocr. scribitur, quod Spagyrici, qui ægris solent imperare Chymica, cum ipsi ægrotant, vtantur Galenicis, vt ita sint testes præferenda esse Galenica. pag. 41. apolog: Hippoc. de purgantibus, nos præferimus benigna & amica natura, qua ecoproptica & minoratua nuncupantur, Sed quibus? Antimonio & præcipitato, qua etiamnum sanus quotidie præscribunt Chymici, ad precautionem: Regula generalis est apud Mesuen: medicamentum salubrius natura familiarius, deterius alienius Minoratuis adiungimus interista benignis & malignis. pag. 42. Vtimur solidis, infusis, decoctis, pulueratis in tabulis, vel conferuis aut optatis, quos præparationis modos vestris extractis aut destillatis præferimus; Quia, destillatione perit vis purgatrix; Recedit. n. temperies, à qua est similitudo substantia, causa purgationis efficiens: At integra ea deponitur in aquam decoctionis conuenientis. Sed

Medicina Parisiana est mutua.

Quid præferat Censor Chymicis nomine schola Parisiensis fortassis non consentientis libidini hominis.

extra

extracta calidiora sunt, quam ut conveniant febrientibus, nec est acutus morbus sine febre. Nos cathartica cum delectu purgantia, quia calida temperantur refrigerante: Vos cum aqua vitæ parando extractum calorem augetis calore. Item præstat infusum, quam extractum: quia preparatio Chymica longior est, operosior est, carior est, minusque efficax, quam nostra. Ergo inutilis. Item nostra præferenda, quia vetera, vestra nova, nostra vera, vestra falsa, veritas est sua temporis, nova ad tempus placent, negliguntur cum amiserunt gratiam novitatis, ut Chymia ad hunc diem cõtempta: Et tempus monstravit, inutile esse inuentum: Item antiqua preferenda, quia ordinaria & potiora, & purgantia quidem sufficienter præparandis & purgandis humoribus: Alterantia vero vetera ideo accommodatiora, quia ad usum præstabiliora. Aut frigida aut calida sunt destillata. Neutra apta ad alterandum: Calidum enim calidius efficitur, frigidum incalcescit: Item refrigeratio & calefactio fit materialiter: quia hæc vires pendunt à materia certo modo temperata: At hæc temperies si non perit, saltem minuitur destillatione. Manet autem integra in succo & decocto. Facile ergo carebimus medicamentis Chymicis. Ita de qualitatibus secundis se res habet emolliendõ vel indurandõ. Vtrumque fit materialiter, non formaliter. Ad vtrumque ergo integra commodiora sunt & sic preferenda. Item agri à nostris remediis maius auxilium sentiunt quam à spagyricis, ut in obstructione mesenterii, ubi decoctum præstat destillata aqua vel oleo: quia destillata tenuia sunt, & cito evanescent. Heurnius sanavit colicam decocto, quam non potuit oleo anisi: Et gutta pauca destillati non possunt omnes subire partes, at decoctum subit. Hoc moratur, donec tota obstructio sit sublata, destillata prætervolant. Sic viscera inflammata melius sanantur assumtis & admotis refrigerantibus, quam quinta quævis essentia, quæ calore adauget ardorem. Vbi astringendum est melius usurpantur integra materialia, quam spiritalia extracta: Et cum extractis desit crassamentum materiale quia omnia Chymica sunt à fecibus & materia purgata, evenit, ut Chymia sit manca præcipua parte medicina, utpote destituta frigidis, austeris, acerbis. Obicitur crocus martis: At hic non est Chymicum inuentum, sed Medicorum Hippocraticorum. Hæc ita prolixè disputantur usque ad pag. 52. apolog. Hippoc. à pag. 39. pag. 68. & 69. aliud recensetur exemplõ auri potabilis, quasi præferenda sint integra vetera, quia Chymica præciosa sint & suos autores adeo non possint inuare, ut sinant eas in miseriam perire, omnes dicitent promissis, suos mori fame permittant, aut in crucem agant auri Inani conatu. Item impossibilia aut inania sunt Chymica exemplõ auri potabilis. Non enim possunt præstare, quod pollentur, & sunt magni precii. Integrum & naturale aurum cardiacum est. Chymicum non est: Rursum à viuis potius sumendum medicamentis. At Chymici ab his potissimum sumunt, quæ vixerunt nunquam. Illa ergo anteponenda: Quod pag. 73. apol. à viuis patet: Quia inter symbolica facilius transitus: Et accedunt propius ad naturam nostram. Ita de alimentis. Hipp. Chirurgica fors meliora Chymica sunt. Non ergo Chymica simpliciter, utpote cum earum classum suffragis vincantur. Quæ querunt Chymici in mundo medio non sunt. Præferenda autem, quæ sunt. Illud probatur quinta essentia, quæ circa nos sit nulla. Pag. 81. apol. Hippoc. si Chymica non sanant nisi similitudine: Sunt inutilia, quia sanatio est per contraria. Destructum integro anteponendum. Chymica sunt res destructæ, quia Vulcanus, quo parantur, est destructor operum natura. Naturam natura spoliatis & accidentariam formam in locum naturalis introducit. Omnino faciendum est hoc argumentum & secum trahit plura alia. Nos compendiose instituamus confutationem per syllogismos.

Non acutus sine febre morbus. pag. 43. apol Hipp.

Quod pag. 73. apol. Hipp.

Confutatio Riulani sophismatum.

I. Schola Parisiensis suo iudicio præfert Chymicis decocta, infusa, expressa.

Hæc ergo præferenda, Chymicæ postponenda.

Negatur sequi. Scholæ Parisiensis iudicium hic nullius est auctoritatis, quia litigans pars non potest esse simul testis & iudex. Deinde auctoritas non recipitur, nisi artificum peritorum, prudenter, & sine affectu pronuntiantium: Item si sint boni honestique. Ut ut sit, de cæteris scholæ istius Censor imperitissimus est Chymicæ. Quid mirum si pronunciat, ut thamis de pictura; ut hostis de hoste? Insuper eliditur auctoritas præsentium auctoritate aliorum, qui in eadem schola cum laude docuerunt, eliditur ut Germanis Gallis, Italis & aliarum nationum Medicis, Physicis, & aliis secus sentientibus.

II. Quæ antiqui sunt vsus, & vulgati, explorati que, ea præferenda nouis:

Galenica antiqui sunt vsus, vulgati que & explorati adeo ut etiam anicula medicinam facere possint tutõ;

Chymica vero sunt noua:

Galenicæ ergo sunt præferenda Chymicis.

Dicimus ad maiorem: Si cætera sint paria. Alioquin iam nos oporteret vesci herbis ut ante dicitur, non carnibus: glandibus, non frumento: Canibales satiantur rectius humanis carnibus, quam boum & sic de aliis omnibus. Discrimen est inter τὸ ἁπλῶς simpliciter & τὸ ἐν ἁπλῶ. Minor de antiquitate est falsa. Chymica enim & ante Galenium fuerunt & cum ipso, & post ipsum, ut non ἡδὲ ἐκείνου, at ἡγὰρ γένει. Et eodem argumento repudianda essent non tantum omnia Arabum Galeno ignota medicamenta, verum etiam, quæ nouæ explorationes inuenerunt. Cumque omne compositum dentio sit forma nouum, scriptores receptarum omnes à Galeno essent reiiciendi. Et vix tunc sedentariis in schola Parisiensis. Vos ciues Parisiani attendite: Hi vestri Medici repudiant Chymicæ prætextu Galenicorum veterum, interim ipsi sedentes, & nihil nisi nouas receptas scribentes, quibus necesse est fieri nouum medicamentum. Rarissime adhibent etiam compositum vetus solum. Imo quæ hodie etiam ex vetustis componuntur hoc ipso noua sunt pleræque, quia veterum plurima ignorantur, cogimurque substitutis vti. Quis audeat gloriari, se veterem vti per omnia Theriaca? si veterem vti medici, cur non aequimini gloriam veterum: Cur nouas formulas auditis? Cur non eo argumento omne compositum repudiatis, quia simplicia compositis sunt priora, antiquiora, vtiatiora? Quidam contendunt Galenium etiam desiderasse artem nouam segregandi, voto Galenico ars nostra vetus & Galenica est.

Quod artem vsum vulgatum, exploratum que, nihil obstat Chymicis, quæ iam sunt exploratissimæ: sed vtrumque aliquid maius requirit, nempe non tam vulgarem vsum quam artificiosum & prudentem. Vulgus etiam in Rhabarbaro peccat, & quidem in illis Galenicis longe magis, quam in aqua ardente, & alijs destillatis, quæ plurima melius facere & usurpare didicit plebs, quam Doctores scholæ aduersant. Imo à Chirurgica fece olea stillatitia peritius usurpantur & salutaris multis vetustis compositionibus. Sed de his non ita simpliciter disputari potest, cum multæ res variare queant tutum & salu-

Si enim ut blaterat Cenfor, nostræ effentiæ sunt formales: formas autem sequitur specifica virtus, non possunt destitui occultis potestatibus. Item si crasis est forma mistorum: nos autem extrahimus formam, quæ dementia est nos accusare corruptæ crasis? Quis unquam audiuit tam stultam? Jam autem siue extractis utendum sit purgantibus, siue specificis alterantibus, in omnem elientum longe commoiora habemus, quam Galenici, quorum tamen remedia neutiquam contempnimus, sed suo in honore relinquimus. Nam & delicatis nauseantibusq; cocturas & misturas copiasq; Galenicorum, inferuire possumus, & celerrima remedia, ex nostris officinis promere, in quo sæpissime deficere præparationes Galenicæ quid est quæso notius? An nos hoc dicimus, quia odio habemus artem Galenicam? Minime vero. Libenter enim eam amplectimur, & honore eius fruimur. Sed veritas nos cogit dicere, quod res est, & defectum veteris exercitii supplere, non tam nouis Chymicis, quam non ita vulgo expositis, Nihil enim per se cedunt Galenicis quæ sunt Galenica, ætate.

Heurnii experimentum singulare, non potest catholicum in artem inferre. Detur aliter dispositus homo, mutetur tempus, vehiculum, præparantia, & alia, mutabitur experimentum. Eodem argumento quodnati præceptum artis non potest euertere? plurima accidentium turba sæpe impedit præagentium potestatem, numi ideo hæc non sint per se agentia?

Utrum autem occulta potestate operantia iuxta crasin misti medicamenta paremus an non, experiatur Cenfor, si placet opii succo vel destillato liquore. Periculum faciat hydrargyro sublimato, & arsenici floribus: Sed sine periculo tantum exploret flores sulphuris, sintne sulphur, an non. Si enim crasis perit, non potest amplius sulphur esse. Sed elleborum dementi.

V. Natura familiariora preferenda;

Medicamina scholæ Parisiensis sunt familiariora natura, quam Chymica;

Medicamina ergo scholæ Parisiana sunt Chymicis preferenda.

Minor probatur specialibus exemplis. Nam Parisiana sunt decocta, infusa, expressa, solida, ut pulueres tabula eletharia &c. quæ natura familiaria. Chymica vero sunt antimonium, & præcipitatus, quæ natura aduersa. Probatur & maior auctoritate Mesue & argumento, quia salubriora.

Resp. Maior vera est secundum quid. Si potest perfici curatio naturæ familiaribus, quales sunt cibi, hoc quidem melius: Nam iuxta Hipp. optimum est in cibo pharmacia. Deinde hoc quoq; fatius est, si non quidem familiaribus, at tamen benignis, ut in affectionibus, & morbis leuioribus, naturis facile mobilibus, ætate, tempore. At ubi morbi malignitas exuperat omnem vim blandorum, utendum est illo: *Extrema extremis*: Et: *Quæcumq; non sanat medicamentum, ea ferrum sanat: Quæ ferrum non sanat, ea ignis sanat, quæ ignis non, ea incurabilia putare oportet.* Euenit ergo, ut pro familiaribus sint eligenda etiam venena maxime si non tantum Hippocratis elleborum est venenum, verum etiam Riolano iudice, alexipharmaca, ut Theriaca, Bezaar, Mithridatium, Electuarium de ouo cum similibus.

Hipp. vel Theophrastus in lib. de alimento.

Minor cum sua probatione primum improba est propter sophismata accidentis & secundum quid. Fieri possit ut Parisiano rustico salubrior sit bonus haustus decocti absynthii & fennæ: Sed non cuius delicato, non pueri, non teneræ puellæ, non Regi, non ea ætate, morbo, tempore. Deinde prosylogismus imparia sumit pro paribus. Quid enim attinebat mitia medicamenta conferre cum fortibus Chymicis, nisi studio calumniandi? Si nos ideo pilulas de hermodactylis, de lapide lazuli, & omnes diagridatas, & colocinthide, Ellebororum bene saturatas repudiare vellemus postponereque Chymicis, quia Chymici habent extractum mannæ, extractum cassiæ, extractum Tamarindorum, Rhabbarbari, aloës, Mechioacanæ, prunorum & similia, num tibi videremur viri boni? Sed cur te ipsum iuspectum inuidentiæ & mendacii facis? Si verum est, quod scribis Chymicos dare antimonium & præcipitatum præseruandi causa sanis etiam quotidie, necesse est hæc medicamina ita præparata esse, ut sint oue blandiora, nec vim inferant naturæ. Hinc in te retorquemus telum:

Benignius mitiusque operantia in morbis ad recuperandam sanitatem aut præseruandam in metu, sunt præferenda: Chymicorum remedia, & quidem etiam sibi, & præcipitatus singulari arte præparata, operantur in morbis benignis, itaque sunt blanda, ut indies dari possint ad præseruandum, secus sit vel in casta, fenna, Rhabbarbaro, &c. Parisianorum: Chymicorum ergo remedia preferenda.

VI. Quorum vis in præparatione manet integra, ea sunt præferenda aliis, quorum non manet:

Parisianorum medicamentorum vis in præparatione manet integra, Chymicorum non manet.

Parisiana ergo medicamenta præferenda Chymicis.

Minor probatur: quia scholæ Parisiensis cum coquis, infundit, exprimit, vim retinet: quia ea in ius deponitur Sed Chymici extrahendo, destillandoque eam perdunt, quia temperiem diuellunt.

Primum dicimus ad maiorem, quod Elencho secundum quid fallat. Nam si illa vis erat nocitura, præstat non manere integram, ut cum porrum, cæpe, tilla, vipera & alia coquantur, assantur, cremantur & in calces vel cineres rediguntur.

Ad minorem respondemus, fieri posse, ut tanto sint nocentiora Parisiaca, ut cum scammonium & colocynthin præbent integra: quæ cum Cenfor ipse ira doceat præparare, vri & elleborum, ut multum deminuta veniant in usum, veluti in Diagridio, Trochiscis alhamdali, & pomo assio prius ellebori furculis confixo &c. necesse est, ut seipsum falsi redarguat. Chymici vero cum respectu & non ita simpliciter de medicinis differunt. Integram vim vocant non ratione simplicis, ex quo faciunt medicamen. (Nam sic venenatæ quoq; & noxiæ qualitates essent retinendæ cum suis succis & spiritibus) sed ratione finis & usus. Hic licet aliquid perdidit simplex, satis est tamen vis ea, quæ conficere morbum queat. Hoc modo euenit ut mentiatur Cenfor, Chymicorum vim non manere integram. Sed & nonnulla ex parte mentitur sensu prioris. Nam Chymica extracta vim ad sensum habent maiorem, quam integra, quia essentia nuda nudo organo occurrit, estq; fortior vnica, quam dispersa. Fabulam de luxata aut soluta temperie refutant sensus ipsi. Sic ergo contra Cenforem:

32 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

Quorum vis medica ad effectum consequendum manet integra in tot præparandum, licet pereat noxia qualitas, ea sunt preferenda secus se habentibus.

Chymicorum medicaminum vis ad destinatum effectum manet integra: non autem scholæ Parisiensis coctionum.

Chymica ergo his preferenda.

Probo minorem. Nam vulgares coctiones plerumque sunt aperto vase, raro peraguntur diplomate. Illud est cum certa virtus, nisi fixum eius subiectum sit, iactura: hoc tam Chymicum est, quam quod maxime. Ergo hinc gloriaris ad Chymicos: inde infamia ad officinam Parisiensem. Et hoc potest pluribus demonstrari, at que etiam ad ocalum collatis inter se medicaminibus comprobari. Conferatur enim oleum anisi cum decocto Parisiensi, & sic de cæteris. Vnica gutta possit esse efficacior integra libra decocti vulgaris simplicis.

Quod autem obicitur experimentum Heurnii, id accidentis Elenchum habet. Nam colica ista talis fuit, vt non debuerit oleo lanari, sed potius dilui propter mordacera humorem in intestinis hærentem, quem rectius soluto mannæ in extracto capi, vel stillatitia eiusdem maluaticeque sustulerit aliquis quam anisi oleo. Non omnia omnibus conueniunt. Non fecit id tam vis anisi, quam decocti liquor. Deinde, porro etiam sic argumentemur:

Quorum vis genuina manet in præparatione, ea sunt anteferenda his, quorum non manet: Chymicorum extractorum ex simplicibus, aut quæ loco simplicium sunt, genuina virtus manet: Galenicæ scholæ Parisiensium in receptis, & tot compositionibus non manet:

Chymica ergo extracta ex simplicibus sunt anteferenda tot cumulis receptarum & compositionum scholæ Galenicæ Parisiorum.

Minorem probo: quia in compositione perit actus simplicium; Et cum temperant, miscent que hoc illud, certum est alterum alteri resistere, & vires simplicium non posse manere integras. Dicit Censor, at meliorem elicimus. Sciat hoc argumentum militare magis pro Chymicis, vt desinat tandem nostram artem Diaboli inuentum appellare, propterea destrui vim simplicium & crasin putet.

VII. Quod minus laboriose, breuioreque tempore præparatur, quod vilius venit, quoddam est efficacius, preferendum est operoso, proluxo apparatu constanti, cariori, & inefficaciori.

Scholæ Parisiensis Galenicæ medicamina minus sunt laboriosa, &c. Ergo &c.

Minorem probemus pro Censore: Quia Theriaca Diaphenicon & confectio Hamech (ne de cæteris dicamus, & forte etiam oleo Scorpionum Matthioli) breui paratur facili sit opera, vilissimo venit, & est efficacissima, nisi vbi aqua hæret. Contra vero cum extrahendum Rhæbarbarum est, aut Theriaca etiam ipsa, tribus id potest vix fieri annis qui etiam tristibus vix sunt horæ: sumptu maximo vt pote triobolari fere, magno cum apparatu vsque ex India petendo vasa, qua in vicinia habet vitrarius vel sigulus. Chymico opus est semestri spacio ad opiatas digerendas: sed Galenicus id assequitur mense Chymico qui interdum est paucarum horarum. SCILICET Ad vires, cum peruentum est. Theriaca non potest aluum listere etiam scæna præpota, non potest ne porri quidem venenum irritum facere, nedum Scorpionis (Loquor autem de vulgariter euenientibus & Theriacæ vtili hodie paratur & plærumque diuiditur, de qua certum est, quod non sit antiqua Andromachi, vel Galeni) At Fernellii destillatum sanat quartanas, & grauissimos morbos vix vno atque altero eoque pauco haustu. Si spectes pretium fatendum est, id metiendum esse non tam rebus & opera, quam vendentium & ementium affectu & cæteris circumstantiis. Vnde euenire potest, vt Fernellii haustus constet semuncia, sed Galenicorum Theriaca vncia integra paribus ponderibus & dosi. Ita bene probatum est assumtum Censoris. Nos alioquin adderemus ad maiorem quod solum efficaciaz argumentum vim habeat internam: cætera sunt fortuita, & careant Elencho. Quid enim si tam in parato forent Chymica, quam Parisiana Galenica? Equè cito corripitur potest, imo compendiosius vasculum Chymicum, quam ampulla Parisiensis: Maxime vero in peregrinationibus vbi non licet plaustro Medicinarum circumferre, sed in angustam pyxidem vis amplissima est concludenda. Sed si celeritas effectus est perpendenda in maximis formidandisque malis, Fernellii destillatum citius subleuabit apoplecticum, quam Theriaca Parisiensis. Iam itaque maior hæc erit: [Tabernæmontanus plus virium tribuit semunciaz syruporum Chymicorum, quam tribus vncis vulgariarum, & egregie scholasticos istos Medicos achymos exagitat.]

Efficacius anteferendum inefficaci, respiciendo nempe ad auxilium in morbo celeriter, tuto & grate curando.

Assumptio est ridenda. Quomodo enim & quam celeriter compendiosè que parant Parisii? Coquant, infundunt, exprimunt, colant. At inquam hæc omnia faciunt vel æque celeriter, vel etiam citius Chymici.

Ad viam quod attinet, si cætera sunt paria; etiam hic paria obtinent Chymici. Nam ex rhæbaro bono æque bonum extractum & infusum parant ac Parisiani; Et cum hæ operationes magis sint Chymicæ, quam Parisiæ, gloria Chymicorum est magis. Et citius Chymicus extrahit ex integris tuis aut quassatis, quam Galenicus, ex diu selectis, exiccatis repurgatis. Quocirca assumtum erit iustius hoc:

Chymicorum medicamenta sunt efficaciora (sue diuina, sue citius, sue æque cito parata modo ad vsum sint præsto.)

Concluditur ergo pro Chymicis. Monendi sunt Studiosi, ne fallantur facilitate argumentandi Censoria. Nam sic facillime decipiuntur propter imperitiam, quæ ad pauca respiciendo expedite pronunciat. Quidni enim posses concludere, nihil præparandum esse, sed omnia integra in vsum vertenda? Citius enim hoc fit, & minus operose, minoreque cum sumtu, & sunt sæpe integra imperata; efficaciora paratis, vt Hyuca cruda, cocta eadem. Tellit enim citius. Sed in multis hoc fallit. Omnes enim

contra Alchymiam latæ.

Enim animosum vinum bonū præferunt visis & cætera habeant similiter. Ita cereuisia, medon, alimenta & cætera res sua requirunt ad maturationem præparationemque tempora, promunturque ad vsum ex apothecis suis. Vbi officinæ sunt instructæ, magna ex parte hoc argumentum Censoris est inane. Extemporanæ operationes etiam Chymicis sunt celeres.

VIII. Ordinaria & potiora sunt preferenda;
Antiqua Hippocratica & Galenica sunt ordinaria & potiora Chymicis;
Antiqua ergo & Galenica sunt Chymicis preferenda.

R. Maior limitanda est; si quidem haberi possunt, & omnino sunt potiora, tum simpliciter, tum secundum præfens institutum. Minor falsa est. Quomodo enim Hippocratica sunt potiora, cum partim nesciantur, partim in dubio sint? Galenica quoque multa nos non habemus, & compositiones mutamus antiballonenis. Quin & si haberentur, non semper forent potiora propter circumstantias. Quomodo etiam potiora possunt esse respectu eius medicinæ, quam nos hodie exercemus circa pharmaceuticam? Manca certè ea foret, si abessent Chymica. Insuper oppositio quoque terminorum falsa est. Nam apud Galenum multa sunt Chymica; Et confessus est Censor Aloen lotam non differre ab extracto. Si Galenica sunt ordinaria & potiora; Et Chymica multa sunt Galenica; hæc quoque ordinaria & potiora esse necesse est. Num vero solum Galenicum est ordinarium? An nullum Arabicum? Nullum recens? Quot quæso compositiones leguntur in antidotariis Galenicæ? Quin enumeras? Quædam ei etiam falso ascribuntur. Chymica vero ex ordine tunc eiiciet illa schola cum pharmaco-
peas hodie vtitatas in fauillam rediget, & ex omnibus sanis stultos faciet.

Riolanus contra Turquetum pag. 31. Nolo nos ad Hippocraticis temporibus reuocare. Tum enim parce et tenuiter et nobatur, &c.

IX. *Ægri à nostris (Parisiensis scholæ coctis, infusis, expressis) maius sentiunt auxilium, quam à Chymicis.*
Nostra ergo preferenda.

Minor probatur non Parisiensibus experimentis; sed vno Belgico Heurnij; de quo antedictum quod accidentis Elencho egroter. In historia Turqueti & aliis conscribitur non legimus ista magnifica, putantque aliqui scholam non tam veritatis Zelo, quam inuidiæ zelo inductam bellum Chymicum excitasse. Si illa vestra sunt Galenica, quibus vsus est & Fernelius, & quæ passim omnes Galenici sciunt, refutaminum rerum & operum & testimoniorum euidentia, tam in diæretica, quam chyrurgica, & pharmaceutica. Et hoc si aliud iudicandum est, seu simpliciter. *Aula regia quædam magis inuatur Chymicis. Hæc ergo anteferenda cæteris. In tota Europa & India alicubi egroti maius emolumentum senserunt & sentiunt, à Chymicis, quam Galenicis. Hæc ergo illis postponenda.* Vti placet argutia? sin relate, fieri potest, vt hoc magis proffit illo, & non tam quia efficacius est, quam quia peritius vsurpatum, aut etiam fortunatius. Nam & fortunam non respuebat fenex ille Cous. Medicina non tam est in notitia, quam in actione perita & prævalente: quia est non consentientem morbo ei aduersum ire; & est magis ars, quam scientia. Itaque is potior Medicus, qui potius sanat. Sed hæc facebant.

Adiicitur autem firmamentum de guttis & copia liquorum in obstructione mesaræi. Sed ficulentum est firmamentum, nec pertinet ad Chymicum. Chymiatros sciet vbi copia proffit, & vbi gutta. Hæc qui confundit, se infamat, non Chymicam medicinam, si res agenda est magnis poculis: sunt destillata multa, quæ satis copiosè possunt bibi; sunt infusa, decocta, mista; omnia Chymica industria: De inflammatione & astringentibus ante dictum est. Chymiam destitutam esse acerbis frigidis, austeris, mendacium est, quod refellitur Chymicæ descriptione.

X. *Quæ suos autores perdunt, nec leuant, postponenda sunt Parisianæ scholæ medicinis;*
Chymica perdant suos autores &c.
Ergo postponenda.

Minor probatur quodam Chymico, qui aurum potabile fecerat, sed sine suo fructu. Vnde in miseria perit. Respondetur, ad maiorem de Parisianis nisi sint venena deleteria vel alexipharmaca Riolan, quæ cogentur bibere ipsi Medici. Minor falsa est. Probatio Elencho accidentis & particularitatis est futillis & calumniosa. Quid si vestra scholæ Medici obtulissent commodis istius hominis & sic facti essent homicidæ ipsi, non aurum potabile? Ridiculum autem exemplum est de inopia pereunte, vbi profertendum erat, pereuntis vi medicaminis.

XI. *Impossibilia & inania, magnis promissis fallentia posthabenda sunt Parisianæ scholæ remediis possibilibus, & certum auxilium præstantibus: Chymica sunt impossibilia & magnis promissis fallunt. Ergo.*

Minor probatur exemplo auri potabilis, Chrysopœia &c. Integrum aurum est cardiacum: Chymicum non. Negatur minor: & dicitur ad probationem, quod & accidentis fallacia labore, & mendacio, & calumnia; Aurum potabile, quod Chymici artifices faciunt, non est impossibile, nec vna habet impossibilem. Aliquos ei tribuere magnifica, accidentis est vitii. Et cur ab vno concluditur de omnibus? Quæ hæc Sophistica? Falsum est Chymicum aurum non esse cardiacum Si sit naturale. Illud enim ex hoc oritur, & arte longe fit ad medicandum efficacius.

Vide tertiam partem commentarii vii.

XII. *Quæ medicamenta ab his, quæ vixerunt, sumuntur, potissimum, sunt anteferenda illis quæ plerumq; ab eis, quæ nunquam vixerunt:*
Scholæ Parisiensis medicam. potiss. sumuntur ab his, quæ vixerunt: Chymica secus.
Parisiensta ergo preferenda Chymicis.

Maior probatur, quia inter symbolica facilius transit: vinum autem viuo assiniis: & hoc de alimentis & medicamentis pari dicitur iure. Sola Chyrurgica fortuna committuntur, per vocem FORTASSIS quæ bene conuenit perito Medico.

34 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

Maior contingentiæ est veritatis. Est vt sit, est vt non sit. Neque enim prælationis autoritas pendet à vita & non vita: sed à virtute & bona accommodatione ad sanandum.

Pro syllogismus de symbolicis non valet in medicamentis, sed in alimentis tantum. Alias transeat sane Censor in cicutam, napellum, scorpion, phalangem, viperam, Basylicum: modo nos non afflet & feriat. Multa sunt viua, quæ extreme abhorremus. Tantum abest vt nobis sint symbleta. Mineralibus autem etiam sæpe plus fauimus omnibus viuentibus, vt auro argento, gemmis.

Minor falsa est. Nam & Chymici vtuntur viuentium corporibus idque etiam frequentius, quam mineralium. Nihil tamen conferentium aspernantur. Bene vero est, quod habeamus conferentem Censorem de chyrurgicis. Permitter ergo hic Chymicis oleum Antimonii, mercurialia, & metallicæ, multa, sales, crocos, calces, &c. Quid si vero etiam illa, quæ vixerunt ad mineralium naturam redigerentur? Destructio dicitur omnia reuocare in elementa, ex quibus & facta erant. Exanimata non vitis propinquiora sunt, quam viuis, & tendunt in non Ens, seu elementa. Paruarum itaque virium est hæc argumentum & potest facile inuerti etiam in nutrimentis, quæ necesse est corrumpi vt nutriant &c. Verum eniuero num recte scribit Censor scholam suam vti magis istis, quæ vixerunt? Quæ o te deliquido, quando vixit Theriaca, quando syrupus rosaceus, quando electuarium Diaphenicon, pilulæ, vnguenta, emplastra & id genus alia? Simplicia dicit vixisset aliquando: Credo. At cum tu componeres, nec viuabant, & forte erant etiam cadauera & stercora potius, quam medicamenta, nec postea in compositione manebant id, quod erant. Necesse est, vt compositum vixerit aliquando, quia eius forma, anima & crasis differt à simplicium crasi. Illa crasis quando vnquam vixit, cum non fuerit ante fermentationem? Quando vixerunt receptæ vestræ simplicibus cumulatæ? Nam raro vtimur decoctis & infusis; Aqua decoctionis simplex quando vixit? Sed & non debebant tibi adeo displicere ea, quæ non vixerunt, quia & terra, ex qua facti sumus, olim non vixit: & interram talem redibimus. Quid non constituitis ex elementorum concursu in mistis tam animatis, quam inanimatis? Quando illa vixerunt? sed & nutritis spiritum animalẽ & vitalem ære elementari. Negant hæc viuere: sed litigant iudices ipsi. At cum sint vitæ instrumenta proxima, non vsu adeo à vita sunt aliena. Quomodo aer potest fieri tam subito familiarissimum vitæ instrumentum si sunt asynbleta, quæ vixerunt, & non vixerunt? vna pars spiritus ex sanguine conficitur, cuius materia forte vixit. At aer vixit nunquam, nisi platonice, aut paracelsice, nisi forte, vt vocatur, est anima, quæ in pulmones trahitur. Ignorabat Deus istam conuenientiam, cum serpenti diceret TERRA vesceris: ignorabat cum Israhelitas tririret manna. Mel quoque, nunquam vixit. Ad saluberrimum est ad vitam seruandam in senibus. Censor ex panis faciebat metallum, & vicissim ex metallo panem; omniaque redigebat ad vnum chaos. Tandem ergo faciendâ est familiaritas inter viuentia & non viuentia; potissimum cum ad vitam nostram nihil sit conuenientius aqua, igni, aere: vnde vita indignis istas res interdicit leges.

XIII. *Quæ circa nos sunt, præferenda iis, quæ absunt: Galenica Parisiensia circa nos sunt: Chymia non sunt.*

Galenica ergo Parisiensia præferenda Chymicis.

Minor probatur, quia Chymici faciunt quintas essentias, quæ non sunt in mundi medio.

R. Maiorem declarauimus nisi scilicet corpore & corporali, contactu absint quidem; virtute tamen assint. Inde enim fit, vt etiam cælo, & stellis vtamur ad salutem nostram; licet tantum distent à nobis, quantum eorum loca. Inde etiam rapimus cælestes ignes. Inde lunam, solem; saturnumque excipimus motu, & lumine; aut etiam influxu; vnde humorum motus, & crises Galenicæ.

Minorem indignam responsione irridemus. Quid enim si in America, aut India orientali medicinam faceremus? Ad nos perferuntur scripta Parisiensium. Sed cum vtimur eorum receptis non sunt tam diuinæ manus apud nos, quam apud suos autores. Germanorum ventres differunt à Parisiensium scholasticarum abdominibus.

Probatio de quinta essentia supra est refutata; mirumque est tanta deliria in illa schola scribi & vulgari posse.

XIII. *Quæ medendi arti præceptisq; sunt consentanea, præferenda his quæ eis adeo non respondent vt etiam sint contraria.*

Galenica Parisiorum præceptis artis medicæ sunt consentanea. Chymica vero aduersa.

Illæ ergo huius præferenda.

Pro syllogismus minoris: quia regulæ medicæ, contraria contrariorum remediis, asstipulantur Galenica; Chymicæ aduersantur, quæ vt dicuntur similia similibus curare.

R. Minor opinione, dictioneque nititur non re ipsa. Natura operatur per se suo modo semper, siue tu dicas effectum fieri opponendo contraria contrariis, siue similia similibus roberando; & potest vtrumque simul esse in vno: potest esse in diuersis. Contentio puerilis de contrariis & similibus cum omnibus, vt propositum contra morbum agere pro natura, quibus eunque sane instrumentis, per se aut per accidens id consequamur. *Quer. et. lib. i. de med. prisc. phil. cap. 8. Si morbus est affectus contra naturam adiones ledens: Vtiq; contrarius est balsamo nostro &c.* vbi morbo opponit remedium contrarium quod tamen est naturæ familiaris videat Censor quam verè *Quer. accuset.*

XV. *Destructum postponendum integro:*

Chymica sunt destructa vulcano; Galenica integra.

Ergo Chymica Galenicis postponenda.

Mior conuincens est. Sæpe euenit, vt destructum anteferatur si quidem ita loquendum est cum alias destructum sit non ens, cuius nulla adiuncta, nec effecta. Testimonio nobis sit Galenus, qui vipersas non exhibet integras, multaque calcinat & in cineres redigit. Sed & compositiones omnes in se habent res, quarum actus per se non est: de hoc autem etiam ante.

Minor

Minor falsâ est. Nam Chymica sunt generata, non destructa. Vulcanus enim noster licet destruat aliquid, tamen arte rectus inde gignit præstabilius, quod magis generatum dicitur respectu perfectionis ad usum perfectum. Caueant autem Galenici, ne vtantur mortuis, in fusis coctis, expressis, quia sunt res ex integris corruptis. XVI. In Breui discursu pag. 37. vsq. ad 62. tractatur argumentum de purgantibus & alterantibus, quod quarto loco supra est productum. Quia vero modus tractationis non nihil videtur ab illo differre, non pigeat nos discendi causâ doctissimum Riolanum (Hunc enim se appellat autor in eo discarfu, atque etiam indicat signo in apollonia) auscultare. Comparauit, inquit, nostra decocta cum nostris destillatis: nostra infusa & expressa cum extractis: nostras, præferenda esse demonstrauit. Quia totam vim alteratricem vel purgatricem deponeret in liquorem, qui instar materie primæ, capax externarum omnium impressionum eas non aliter, quam cera mollis excipit: Destillatione perire vim purgatricem, quia corrumpitur temperies parisi, peris substantia similitudo vera & germana causa purgationis, quæ est sententia Galeni &c. Pag. 60. de alterantibus: omnis fere morbus est intemperies vel nuda vel cum materia. Ibi alterandum contrario: hic purgandum specifico. Alterantium actiones pendunt à temperamento, quia contraria sunt eiusdem generis calefacientia & emollientia pugnant, qualitate materiali aduersus intemperiem materialem. Proinde alterantia magna ex parte sunt materialia. Item fluxus sistitur astringentibus, quæ debent esse terrestris & crasse substantiæ autore Galeno: item acerbæ, auferat: sed tamen materie illigata forma, non sine temperie, quæ requiritur ad formam & perfectionem rei inanimatæ. Iam autem temperies destrui dicitur à Chymicis. Ex his nascitur syllogismus talis:

Purgantia & alterantia.

Quod totam vim alteratricem vel purgatricem deponit in liquorem capax impressionum externarum, id præferendum his, quæ non deponunt:

Decocta scholæ Parisiensis & infusa expressaq. totam vim alteratricem vel purgatricem deponunt in liquorem, non autem destillata & extracta Chymica.

(micu.)

Decocta igitur scholæ Parisiensis, item infusa & expressa sunt præferenda illa quidæ destillatis, hæc extractis Chymicis. Hic desideramus probationem maioris & minoris. Comparantur elixia assis. Illa deponunt, hæc non deponunt sed intra se seruant. Ideo & illa natura sua aridiora, hæc humidiora iudicantur. Vtra præferenda? Sed & si nullus talis liquor, qui instar materie primæ excipiat vim, affert, sed fiat vt cum exprimentur vta, limonia, nuce, oliuæ &c. Num videbitur tibi præferendum, quod incoquitur aquæ puræ? minime vero. Oblitus est Censor hypotheseos, si in liquore sit essentia rei cum virtute transferenda. Alioquin aberrasset à scopo. Nam Chymici multa in suo succo digerunt, & postea destillant.

Insuper manifesta falsitas est in eadem maiore. Nam finge per modum alterationis aquam mutari à Rhab. incocto, & sic vim accipere: at falsum est, hoc anteferendum esse ei, quod non accipit vim, sed essentialitèr succu ipsam. Figmentum stultum est decocta vim deponere in aquam, quæ sit instar materie primæ accipientis impressiones. Decocta siue Galenica, siue Chymica præsertim solubiliu succorum accipiunt ex rebus incoctis seu vna elixatis siquidem sunt elixabiles, non vim tantum, sed & humorem insitum, id quod scire Censor vel ex Aristotele de elixis poterat. Et hoc ipsum fit etiâ in extractis per infusionem, & expressione affuso liquore. Vnde patet & stultam esse eõparationem destillatoru cum coctis, extractoru cum infusis & expressis. Fortasse voluit destillata nec vim, nec succu seu essentiam educere, & sic meliora esse decocta: sed falsitatis redarguit hominem communis experientia. Nam additis liquorib. per destillatione educimus simul olea, quæ non tantum sunt virtus rei, sed & essentialis pars quedâ. Cum vitriolu, sal, stibiû, hydrargyrus & similia, destillantur, itidẽ exeunt subtiles essentia u partes siue liquore aliquo addito, siue nullo. Minor est mirabilis in nostra Germania. Fortasse n. Parisiis elixant non elixabilia, vt sic sola vis migret nõ autẽ sequar succus. Sed homines redarguent coquæ ipse. Alias Philosop. decreuerunt qualitates nõ migrare de subiecto in subiectu, & sic nõ deponere vim vllâ, sed aut nouâ excitare in disposito, aut vna traici essentialia quippiâ. Non itaq. refert etiam in destillatis & extractis chymicis vis non transferatur modo essentia sequatur, aut alteratio ad naturâ alterantis:

Quod natura nõ potest nec fieri potest, id nõ potest esse melius, nec preferri ei, quod fieri potest.

Illâ depositio virtutis totius in materialem liquorem non potest fieri, nec admittitur à natura: Destillationes autem Chymicorum & extractiones plane sunt ipsius nature imitationes & effecta.

Depositio ergo Parisiaca non potest preferri destillationibus Chymicorum.

Maior manifesta est, quia Entia & possibilia, & vera proponenda sunt non Entib. impossibilib. falsis. Minorem ante probauimus. Superest & 17. argumentu de alterantiu materiis, cuius vis est in eo, quod illa sint materialia; chymicoru vero essentia formales: illa cum crasi propria: hæc sine crasi, vt pote cum hæc sit destructa destillatione. Verum de his supra. Nunc conemur & nos aliquid pro Chymicis anteferendis dicere; sed cum protestatione nos alioquin integra Galenica in artem recepta nõ aspernari: Deinde hypothefi posita maxime ad ætatem Hippocreatis respici quandoquidem eam nobis proposuit Censor: Sic ergo primo loco argumentari Chymicorum tyrones possunt:

Quarum sua natura a quam sint, noscuntur, tum qualia sint, & quæ prestare in medicamento possint, ea ignotis aut saltem incertis dubiis, præferenda sunt. In comparatione Chymicorum medicaminum hodie inter nos instituta cum Hippocraticis, vti ea fuerunt tempore Hippocratis, quo Censor dixit medicinam caruisse Chymicis, & ideo etiam hodie carere eodem modo posse, Chymica quæ qualia, & quarum virtutum in effectu sint noscuntur; hippocratica vero aut non amplius cognoscuntur aut dubia sunt & extra usum.

Pag. 31. An- ricurqueti non vult Ri- olanien resu- bari ad tem- pora Hippo- craticâ.

Chymica ergo his præferenda. Minorem quis non confiteatur esse veram, si sciat in hodiernis tot numero antidotiis nihil legi Hippocraticu (si balanos ex melle, clysteres, & alia pauca magis simplicia, quam composita excipias) & dubitari etiam de Elleboro Hippocratis, sacra nimiru anchora medicinæ Hippocraticæ, ne quid dicam de aliis vt Silphio, peplo albo, vnguento Bachario, &c. In 1. de morb. mul. fit potio ex Cnefro, quod aliqui dicunt esse radulam: sed hoc loco neutiquam. Calamum odoratum nuper agnouimus. Cuminum Archypticum norunt vix vlli certo. De spina Aegyptia, & acacia quantæ sunt contentiones? Cneorû volunt easiam esse: Hippophæes cardiu fulloniû. Sed ex lib. de internu affect. apparet purgantia esse quale granu Cnidium, de quo & ipso sunt lites, vbi nitru ægyptiu rubrum & ipse

36 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

Ipsè censor negat se vti scamonio; at Hippocrates dedit succum eius. Dedit Elatium, g'ana Cnidia (de quibus etiam certatur) ad sexaginta: Cneorum, Neropum & alia quorum etiam nomina raro audiuntur in scholis. Vtitur plærumque herbis creticis. At vix nuper diligentia Clusii factum est, vt aliquæ innoterint amplius, quam pridem: Qui ignorat, quantæ sint concertationes de simplicibus tempore Hippocratis, Theophrasti, Dioscoridis, Plinii &c. v'statís, consulat rei herbariæ scriptores. Magnam inueniet copiam, adeo, vt etiam de Hysso sit dubitatio. Quot vero sunt formulæ Hippocraticæ & sanationum modi hodie in vsu? Præceptis vix seruatis (nam & ex his non omnia obseruantur, multa adiecit mutauitq; vsus, multa reiecit ratio, vt absurda, præsertim circa Physiologiam,) pharmaceuticæ fere tota est in aliam versa: Diætã longe vtimur alia, nec eadem omnino Chyrurgia. Quis sit tam iniurius in Deum, naturam, & profectum seculorum post Hippocratem, vt anteferre auit illa prisca hodiernis.

II. *Quæ in maximis malis (apoplexiã, suffocatione, Epilepsia, syncope &c.) velox, iucundum, tutumque & conuenientissimum præstant adiumentum, proculdubio præponenda ceteris, quæ id vel nequeunt, vel non tam bene queunt.*

Istiusmodi vero sunt Chymica: huiusmodi Hippocratica.

III. *Quo studiosius quid elaborandum est, & ad vsus medicos commodius redditum, id propter accedentem ad naturam industriam summam, eo præstabilius est non ita elaboratis.* Necesse enim est ignauum manere & inhabile id quod minus solerter præparatum est. Corporea enim inquinamenta, & crassities quæque inter nascendum accesserunt, & non faciunt nisi ad corpulentiam, virtutumque substantiam & subiectum primum continendum, & externa quædam seruitia præstanda: quædam etiam ab iniuria cæli & aeris cæterorumque circumstantium contracta; si adhæreant, nec industrie separentur, vires essentialium impediunt, nec sinunt paulo calore in actum perducí; contra vero se habent chymice præparata.

III. *Quæ non tantum in Diætã sunt facillioris restitutionis, nutritionisq; verum etiam in virium lapsu tanquam diuina: in Chyrurgia admiranda, in pharmaceuticã adeo præclara, vt præparationes eorum cogantur amplecti etiam hostes: ea proculdubio anteponenda sunt secus se habentibus.*

Chymica esse iam præcellentia, minus autem Hippocratica à Censore vocata, sole meridiano est clarius. In Diætã enim ea reficiunt magis, quæ per coctiones aut expressiones aliosque modos sunt extracta, vt iuscula, vina nobilia, aquæ caponum, & similes analepticæ per infusionem, elixationem, vaporacionem, distillationem &c. epulæ & potiones procuratæ; in confortantium numero plurimæ sunt aquæ cordiales, foris intusque cum admiratione vsurpatæ: sunt multæ alexipharmacæ præstantissime: omnino Herculis encomium susciperemus, si de singulorum eiusmodi medicaminum copia & virtute exploratissima vellemus multa dicere. Hippocratici ipsi dum infundunt, coquunt, exprimunt, separent, clarificant, Chymicas operationes imitantur. Fateri ergo necesse habent sic præparata esse ad vsum medicum præstantiora.

Apud Hipp. ipsum multa sunt Chymica, vt li-
quor mandragoræ, Ol.
Cedrinum
Extr. ex ta-
da cum vi-
no: succi ex-
tracti plures:
Sem. Ex-
tract. Erui
&c.

V. *Quorum vsus latior est pluribusq; inseruit cum iucunditate, ita vt non subueriantur naturæ delicata horribilium nauis, ea potiora: Et talia sunt Chymica, non Hippocratica: quorum veratra, peplia, Cantharides, mandragoras senectas serpentum. Elæterium, ranunculum, Thitimalidos, Cyceones protabidis, Thapsiam, grana Cnidia, sordes defricas, stercores, & similia vix ferrei ventres assumserint hodie: vnde & tanta copia extitit nouorum medicaminum, vt vetera plane sint obscurata & in desuetudinem venerint, & adhuc malum Chymicis aduersari.*

VI. *Chymica ab antiquo maiore fuerunt in admiratione magisq; commendata, adeo, vt etiam in arcanis Regum & sapientum retenta à vulgi vsu fuerint remota.* Id satis patet ex Auicenna, Mesue, Bulcase, Rhase & similibus. In vulgus missa sunt vulgaria medicamina cum præparatione sua magno numero propter vilitatem. Chymicorum præparationes non cuius sunt manifestatæ. Sed non est, vt multa vsurpamus argumenta: quanquam Hippocrates in 4. de morbis multis vtendum censeat ad opiniones fortiter inhærentes. Vt in vnum conferamus plurima, præstabiliora dicimus esse formaliora, & iuioia; quæ celerius in actum vocata laboranti succurrunt naturæ; quæ dexterius possunt adhiberi siue foris, siue intus: quæ excrementitiis sordibus & cadauere sunt liberata: quæ ad eam dignitatem, nobilitatemque & virium excellentiam sunt perducta vt respectu cæterorum formales dici recte iureq; possint essentialiæ; analogæ quintæ naturæ & elemento stellarum, imo & animæ, spiritibusque cum calore & humore infitis conferendæ. quæ in sua natura omnium sensuum iudicio sunt præparatae & substantia præclara, vsu vero iucunda & efficacia, experientiaque comprobata, & si quæ sunt alia priuilegii & præcellentiæ argumenta, quæ habere Chymica artificia tam sciunt sapientes, qua ignorant negantque deliri, ob hoc ludibrio expositi omnibus bene constitutis pharmacopoliis, seruitiis pharmacopœorum, famulatio principum, laxis coquorum, & chyrurgorum calonibus, vt taceam Gynæceorum anticulas & ministras, quarum experientia, sensu & ratione longe antecellunt odorama Chymica & ornamenta, vt aquæ odoratæ, balsami, tincturæ cosmeticæ & huiusmodi. Accedit, quod rationes Censoris neutiquam sint tantæ, vt chymica post habenda esse conuincant, sed potius palmani eis relinquant, & pari vi etiam Hippocratica, Galenicæque damnare possint. Verum enimvero vt ante dictum est, suo loco nihil contemnimus proficuum salutis humanæ, nec vllum Dei beneficium ingraterestimamus, nec dubitamus euenire aliquò posse, vt integra sint anteponenda extractis: At non simpliciter. Peruenimus ad membrum tertium. Pag. 16. Apologia pro Hipp. Censor distillatoriam, & ex consequente distillatione præparatam medicinam PROFITEUR inutilem esse, & plus detrimenti, quam commodi afferre reipubl. argumento pretii magni, vt Rhabarbari extracti. Pag. 17. Chymica præsertim purgantia, vt antimonium & præcipitatus, sunt plena periculi, cum vulgaria si non proficiunt, saltim non nocent: Item Chymica relinquunt malam naturam in partibus nobilibus: perpauci vsi sunt antimonio aut præcipitato, qui

38 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

De parua quantitate ex magna mole, ratio inuerti potest. Nam principium mole minimum potestate maximum est. Et quis non malit vnum poculum vini optimi ad tectrandum, quam integrum dolium vappæ, aut aquæ lutulentæ? Cum celeritius vires sunt rescindendæ, quis non guttam olei cynamomi efficaciorẽ & vtiliorẽ sentit integræ libra corticis? Commendat paruitas efficax medicinam, non vituperat, nisi fonte non tantum pusilla est, verum etiam euanida integro præc. lentiore.

Assumptio vana est si per se iudicetur. Sin autem impostores Paracelsicos respiciamus, qui multædam quoque magno vendunt, ad coruos cum eis, & furcã. Quæ per se sunt artis, si præstantid, quod debent, non sunt cara. Carior enim propria cuiusque salus, & emolumentum patriæ. Quod si comparationem instituas cum integris, inuenias multa integrã multis chymicis esse præc. iosa, vt moschum, Ambram, Bezoar verum, vniones, Adamantes &c. Omnino hoc argumentum contra Alchymiam nihil concludit, ignoratque Elenchum, cum emtio & venditio non sint res Chymicæ: sed spectent ad mercatores & contractus ciuiles, possintque pluribus variari circumstantiis, modoque pluris veneant, modo minoris.

Olei 31. ex lib. 1. maiora.

Inscitiam suam & proteruiam prodidit Censor cum de drachma olei & vna libra materialium garrit. Aut enim ex arte processum est operando aut inerte, & oscitanter. Si hoc, nihil culpæ ad artem pertinet. Si illud, euanida fuit materia, & respectu virtutis medicæ, quæ debebat inesse, cadauit potius, quam in materia, quam totam si in vsum vertisses, quantum quæso effecisses? An non copia corporis vni plus detrimenti attulisses laboranti, quam commodi? At drachma vna potuit in multas doses efficaces dispensari. Sed ponatur & materia bona, & operatio studiosa, peritaque: mendacem dico esse, quisquis ita de omnibus, aut pluribus pronunciat. Cum ex succino fit oleum, libra vna interdum plus, quam dimidiam fundit. Experire & de terebinthina, similibusque. Fernchius lib. 4. meth. cap. 10. ex libra media pulueris prolicet vnciam olei synceri. In aliquibus autem satis paruam quantitatem etiam studio spectari, vt in quintis essentiis, & tincturis, non imus inficias. Sed hoc quia vires habet summas est que ad vsum longe præcellentissimum, artem exornat, non dedecorat. Cum contra Gramanum scriberemus, vt argumentum ex parua dosi repelleremus, dicendum erat, non esse istud perpetuum atque ideo non habere vim catholicam, quandoquidem euenire potest, vt iusta copia sit ad vnum commodior tutiorque, quam exilis admodum, quam præbeat imperitus & stolidus aliquis ex grege Paracelsi. Si hoc modo voluit adhibere argumentum Censor, circumspiciens pronunciaffet rationemque habuisset circumstantiarum, nec tam rustice & arroganter chymica damnasset.

Aliud est de parua dosi Paracelsianum contra Paracelsi sensus disputare, aliud de Chymicarum essentiarum mole exigua.

II. Periculosa non sunt sine noxâ.

Chymica sunt periculosa. Ergo.

Minor probatur: 1. quia Antimonium & precipitatus sunt periculosa, vitamq; demoliuntur. 2. quia secus habent ac vulgaria, quæ si non prosunt, non nocent; (illa vero etiam interim dum prosunt, nocent) 3. quia in partibus nobilioribus relinquunt malam dispositionem: 4. quia deleteria, & natura inimica; cum contra Galeni. a & Arabica sint amica: 5. Quia dispensantur gratis quæ non licet excedere, quod secus habet in Galenicis.

R. ad maiorem. Homonymia est in voce periculosa. Vocamus aliquando ita medicamen validarum virium; ita vt non sit committendum quibuslibet, atque adeo in vsum malo & imperito sit potius tale, quam sua natura; vt ignis & gladius in manu delirantis non vacent periculo: alioquin sapienter cauteque tractata minus habentia periculi, imo tuta & innoxia; potiusque salutaria existentia. Si ergo periculosum est, quod vsum imperito, & imprudenter adhibetur, habens per se magnam vim ad agendum; ancepsque, tam ad bene, quam male, momentum, contingere potest, vt non sint sine noxâ. Si autem adiacet ei vsum sapiens, abique omni detrimento est.

Eadem discretionem explicanda & minor est, quæ insuper etiam alio Elencho ex particulari laborat. Neque enim omnia chymica sunt huiusmodi, vt etiam à vulgaribus medicatris adhibita simpliciter afferat noxam, quanquam & hic abusus tantus possit esse, vt aqua rosacea quoque cedat in detrimentum: sed quod commune est panis, vino, aquæ & omnibus Galenicis. Censor indicabat medicinas debere esse tutissimi vsus, ita vt doctis indoctisque sint sine periculo: quia medicina exerceretur ab vtilique: sed debuit ante hanc censuram bibere elleborum, vt vidisset, non ita prostituendum vulgo esse etiam Hippocraticam medicinam, iuxta iusiurandum Hippocratis & legem, quæ iubet res sacras facris hominibus demonstrare. Absterrendum vulgus est difficultate artis, & periculo medicamentorum, non alliciendum facilitate, & securitate. Si etiam vicia non apto tempore data nocent, magis medicina. Ars non est cuius tanta est facilitas & securitas. Sed ad prolylogismos.

Censor de arte medica stulto censet.

In primo accusatur Antimonium & precipitatum. Dicimus ea esse periculosa in manu stultorum, & imprudentium: in artificum circumspicione minime. Deinde si præparationem diuersam species aliqua sunt valida medicamenta: aliqua tam blanda, vt ouis, adeo vt etiam pusionibus dari recte queant, imo ne purgent quidem, Galenicè per alium, sed alio modo iuuent. Quid de vsum chyrurgicam dicam? Queretanus nimirum sibi indulsit cum & ipse hæc medicamina repudiat, quod in gratiam tant fatui Censoris facere non debuit. Vitam demoliri aliquid vsum malo, nihil est noui: potest id & vinum] & escæ quotidianæ, balnea, venus, aquæ, frigora, labores, affectus, sol ipse, & quid non? Etiam tutissima sepe vsum inidiis petunt. Acutum vidit Censor, cum nostro seculo morientem anno quinqueagesimo præmatura morte interire statuit. Quæ ergo matura est, & quæ Serotina?

Ars medica censura Parisiorum ab arte dignitate deiciuntur.

Prolylog. II. Delirii damnat censorem eundem. Apud quos putat se causam agere? Parisiis tam facilis est ars medica, vt eam exercent docti, indoctique, quibus ideo sit insitruendum medicamentorum securitate, ita vt si non prosint, saltem non nocent: id que etiam vt prolylogismus quintus habet excessu dosi. Hæc non est Hippocratica medicina, nec Galenica. Nam in hac quæ dantur medicamenta, si sunt benigna aut vincunt, aut vincuntur à calore. Ibi naturam exuscitant, & in corpus nostrum agant, & dissimiliter quidem, quia nequeunt assimilari. Natura suscitata expellit cum superfluita.

fluitatibus similibus: si nequit; certe adeo non profunt, ut etiam detrimentum inferant. Hic desinunt esse medicamenta, sicutq; alimenta, licet non laudabilia. Si sint media, ut senna, Rhabarbarū &c. quis adeo sit fatuus, ut neget nocere hæc, si non profunt? An cadavera dantur & non medicina æstiva? Non erumpit aliquando ita noxa, ut cureretur, aut graue quid sequatur. At non esse vllam, minime est consequens. Dentur maligna: adhuc aptior est vesania censentis, ne quid dicamus de deleteriis, seu quanto, seu quali, quibus sæpe necesse est uti Medicū: ne quid etiam de alexiteriis, quæ Censori sunt venena. Tam monstrorum dogmatum fabri qua audacia inuadunt Chymiam? Fato nimirum suo. Nam destruere Alchymiam volentes, suam euertunt artem, ea potissimum parte, qua maxime est ars. Proleptis de malignis præterquam quod sit ridicula, (Quis enim non rideat infinitos diorismos & alia ludera?) etiam autorem ipsum conficit. Nam ob hoc ipsum Galenica non sunt adeo tuta, quia doses sunt exactissime, cautissimeque definiendæ & infinita religio vsurpanda. Præterea in omnibus pene paginis Hippocratis vbi de internis affectionibus agit, & fere etiam de morbis mulierum; legimus veratrum, scammonium, granum Cnidium, Peplium, Hippophaes, Cneoron & similia: Nullibi Diagridium, & Trochiscos Alhandali: nullibi istos infinitos Diorismos & religionem. An non itaque mutata est quodammo do Hippocratica medicatio? Riolanus *contra Turquetum pag. 33. mouemur, quidem summorum viro- rum autoritate Hipp. presertim & Galeni: sed ratione & experientia magis*: Agit tibi de podagricis fœminis, de vena secunda puerulis & valde senibus, &c. contra instituta Hipp. & Galeni. *In breui discursu pag. 15. Despiri cui Hippocrates non sapit: & pag. 141. von sapit cui displicet Galenus.* Sed num Chymici destruantur iidem benignis, mediis, malignis, deleteriis duplicibus, alexiteriis, roborantibus, alterantibus, prima, secunda, tertia qualitate? Nullo modo; Et quæ per extractions succorum, infusiones, coctiones, clarificationes, expressiones, colaturas, separationes, præparantur, vel rudimenta sunt Chymicorum, vel res eadem, vbi eadem materia est, eademque etiam fermè elaboratio, si vsus respondeat, quid ni ferè ad idem referantur iudicium? Tandem idem argumentum Chymiatriam attingit, Chymiam ipsam nullo modo potest conuellere. Si iam Medicus ille, qui vitur Chymicis sit Galenicus, contumelia recidit in artem Galenicam, aut professorem eius, non in Chymiam, quæ cum affecta est Chymicam speciem, in ea, ut sine suo conquiescit. Sine est Paracelsicus, in hunc vertat crimen & non Chymica medicamentura turpi nota præter eorum culpam infamet.

Infiniti diorismi in tanta securitate & innocentia medicinarum.

Tertius profyllogismus communiter Galenica vituperat, & Chymica; quia utrobique potest esse eadem materia tantum discrepans interdum (non enim semper) præparatione. Deinde fieri potest ut magis damnet Galenica, quam Chymica, quia Chymici simul præparant & corrigunt, Galenici in integritate interiore relinquunt noxam, ut cum potrum, vel hyucam præbent cum suis succis, contenti adiecisse aliquid foris, quod tamen antequam in illud inuadat aut vincitur, aut separatur exiguo cum fructu emendationis. Sed singe correctionem debitam; cum non minor sit scientia Chymicis, quam Galenicis, (imò illis in interiora penetrantibus longe est euidentior, quicquid garriat schola Parisiensis) non minor facultas erit correctionis: ne quid dicam ad Chymiatrium quoq; spectare istud officium. Neque enim simplex est correctio, sed sæpe circumstantiis subiecta.

Quartum profyllogismus si mendacium vocabis, non errabis. Si Galenica & Arabica adeo sunt amica naturæ, cur egent tanta religione & tor diorismis? Quid aliud agit Censor talib. sententiis, quam quod scholam medicam Parisiorem accuset & damnet fatuitatis, quæ minimè cecidit in lumina ista Syllitium Fernelium, Hollerium &c. Sed cur Galenica habent deleteria duplicia? Cur maligna: Cur alexiteria, quæ in schola Parisiensis venena? Si arabica amica naturæ, Chymica deleteria, cur Arabes Chymica in sapientum arcanis habent, & inde iubent peti. De aliquibus, ut sibi & præcipitato loqui se dicet Censor. At inquam singe hæc esse talia, num Chymica vitio duorum erant male tractanda? Dicitur vero ante est culpa præbentium & non facientium ista nocere. Non debuit turpitudine Elenchi accidentis in scholæ ignominiam verti.

Quintus nihil prodest Censori, adeo, ut hinc contrarium possit concludi, aut necesse sit etiam Galenica vituperari, quorum omnium ab arte determinata est quantitas, quam temere excedere non licet: nisi forte velit Censor Galenicis medicinas in dosi carere arte, & non uti vlla religione, & diorismis. Legite Fernelium saltem, qui potestis: Inuenietis numeratas doses in simplicibus & compositis, eamque rem adhuc accuratius persecutus est Rulandus, & alii multi. Contra Gramanum disputatum est, quia in parua dosi possit esse magna virtus, non vituperandum esse medicamentum, nisi & ignis scintillas criminari velimus, sed suspèctas habendas Paracelsitarum (non peritorum medicorum) medicationes Censor eo respexit; sed cum ignorantia vertigine. Supra audiuius adeo prædicantem decoctorum suorum ampullas in obstructione mesaræ, ut damnet guttulas oleorum. Sed Chymici non tantum olea faciunt verum etiam aquas; nec aspernantur decocta & infusa, Chymiatri non solum dant olea, licet foris aliquando inungant sola. Dabunt ergo & ipsi aquam anethi cum oleo anethi, vel anisi aquam cum eiusdem extracto, eruntque hæc itidem salubria, magisque iucunda, cumque sint attenuata, fortius referabunt obstructiones, quam Parisiana decocta, confectaria de Alchymia tota damnanda, & remediis Chymicis à Diabolo inuentis, & exitio certiore ex eis, sunt hominis furiosi.

III. Medicamentis aut purgamus, aut alteramus, hoc, qualitatibus primis, secundis, tertiis.

In nullis aliquid proficui facit Chymia; sed alicubi inutilia & noxia procreat, alicubi deficit.

Planè ergo nihil affert commodi, sed potius vana, & in commoda.

Minor probatur *1. de purgantibus. 1. Si destillatione perit via purgans: Extracta vero redduntur inhabilia ob ætium calorem: Et vel destillatione, vel extractione sunt purgantia; Chymia non potest purgantia comoda exhibere, sed noxia potius. Est autè antecedens: Ergo & consequens. Probatum de extractis, quia Rhabarbari extrahitur vini spiritu.*

II. Quæ proritans & quemuis sine delictu humorem expurgat, non sunt vera purgantia, Chymica proritant &c. Ergo & ex consequente Chymici carent veris purgantibus. De hac ratione copiosus est Censor.

Nota: Qua contra Gramanum apostatam disputata sunt, non debent in Chymiatriam probam & peritam verti. Tota damnanda Alchymia: imò potius Censori rabies.

40 Examen sententiæ Parisiensis scholæ

2. de qualitatibus primis: Aut est calefaciendum aut frigesaciendum, aut humectandum, aut siccandum.

Nulli præbet Chymia essentias vitales. Nihil ergo habet contra excessum qualitasum primarum.

Minor probatur 1. Qualitates ista sunt in temperamento materia. Chymici hoc destruunt, faciuntque, mera for-
malia & spiritualia: aut saltem diminuunt. 2. Contra calidam intemperiem nihil habent præsidij: Quia destillata
omnia quæq; ignium siccorum vi parantur, acquirunt igniculum, & augent nativum calorem peregrino.

Ita est & de siccitate. Contra humiditatem & frigiditatem nihil habent, quia materia temperamentum per-
dunt: sine eo autem forma non possunt agere. 3. De secundis qualitatibus. idem profertur corrupta temperies, argumentum.

2. Mollire, Astringere &c. sunt materiales virtutes: At has contemnunt Chymici; & horrent. 4. Contra tertias:

1. Galenici roberantia habent potiora. Ergo Chymica inutilia. 2. Naturam natura spoliant Chymici, & crassi
destruunt. Perdunt ergo vires occultas. Item artificiali forma mutant naturalem. Non ergo servant vires substantia.

Has argutias Parisianas irrident aniculæ & barbitonfores Germanorum, sunt enim familiares illius
industriæ, qui cum Parisiis studuisset, comprobatur tandem vim fructumque suæ, quam acquiescerat,
sapientiæ, ex tribus ovis naturalibus sex faciebat argutando, sed esuricando cogebatur artem illam va-
nam damnare.

Responderetur per negationem minoris summi. Pro syllogismos ordine videamus. Primus de pur-
gantibus, in primi argumenti connexo fallit distributione dupliciter. Chymica n. purgantia non tan-
tum præparantur destillatione & extractione, sed pluribus aliis modis, prout vel magisteria, vel essentias
conciunt artifices. Non excluditur repurgatio, non sublimatio, non compositio operationesque aliæ,
præter destillationem & extractionem. Cum ergo variis modis purgantia fiant Chymicè, falsa distributio
posita pro vera Censorem redarguit sophisticæ divisionis. Deinde alia sophistica est, dum vnus modum
extractionis ponit pro omnibus, & sic turpissimo crimine calumniæ, vel macula foris in scitæ se suamque
scholam polluit. Quis enim est Chymicorum, qui extracta purgantia, & quidem Rhabarbari facit tantum
vini spiritum? Imo non tam hoc extrahitur Rhabarb. quam aquis appropriatis, vt Endiuicæ, adianthi, fu-
maricæ & similibus: idque adhibita infusione, vel coctione in balneo aut diplomate artificioso. Quod si
Galenici eodem modo faciunt suas potiones, & gloriari possunt has verè purgantes esse, nec excessum
caloris acquirere, quæ dementia est, eo nomine culpæ Chymicos? De destillatione non quidem ne-
gamus, si purgans vis hæreat in parte tam tenui, quam succo corpulentior, qui est fixior nec ascendit
in alembicum, aut si est in fixa tantum, destillatio vero leuius peragitur, aut imperitius, quam vt resolutam;
fixi substantiam attollat: tunc eam exolescere hac forma destillationis: aut operam destillando sic ludij;
Deinde si quis imperitius tractet opus, etiam cum in spirituosus consistit, nihilominus subterfugientibus
spiritibus perire potest, non aliter ac in coctura & affatione eum expiratione. At tum aliis destillandi mo-
dis, tum ingenio seruari potest, & quidem comunicatur non nihil aquæ rosacæ, plus aquæ florum per-
ficorum, fl. pruni sylvestris & similibus: adhuc amplius corticum iuglandis, & affinium: maxime vero
manet in illis, in quibus occupavit substantiam densiorè, vt sales, & metallica corpora, in quibus ignium
vi adeo non perit, vt etiam intra definitum terminum amplius in actum producat. Quid dicam de de-
stillatione balnei in latus, & descensum? Quid de ea, quæ fit per lacinias in extractis per infusionem? Perit
vis purgandi destillatione; nempe cum Censor destillat, vel Censoris anicula, aut imperitus officinæ fa-
mulus. At non perit, cum Chymicus peritus & prudens. Quis vero est Chymicorum, qui si perit, magis
per destillationem præparet, quam per affixionem stellarum ad cælum philosophorum, h. e. quintam vini
naturam (quæ longè differt ab aqua ardente nec communicat caloris excessum suo infuso, cum nullum
habet, adeo vt hinc quoque eluceat Censoris ignorantia plusquam supina) vel aliam cælestem aquam, per
modum digestionis & circulationis? Sed & siinge extrahi per spiritum vini aut aquam ardentem, primum
nouerunt Chymici artifices, quæ, quibus commode extrahantur. Non est damnanda extractio Rhabarb.
& similibus per vini essentiam quintam aut spiritum, nec audienda Censura ista stulta de caloris augmento:
cum experientia constet spiritum vini, vt & aquam cinamomi non sine vino factam Rhabarbaro ignaui-
vini addere. Scierat autem Medicus, vbi hæc extractio, & vbi cætera commode sunt vsurpanda. Vt me-
choacanæ vini spiritum, quod cognitum est experientia: deinde commendant Chymiatris, quomodo ves-
liat vt extractis. Horum est calidius extractum in morbis frigidis adhibere; reliqua in calidioribus. Quic-
quid hic peccati committitur, non est Chymici, sed Medici, qui vel Hippocraticus esse potest. Quo-
circa Censuram scholæ Censorisque huius hoc potiore syllogismo retundamus.

Aut Per vias magisteriorum, aut essentiarum sunt præparationes Chymicæ purgantium.

Vt roq; modo si Medicus suo fungatur officio, adeo non sunt noxia & inutilia, vt virtute & vsu facilitate possint au-
tesferri omnibus officinarum, vulgarium iuxta Galenum officis Catharticis. & bolis & pilulis & electuariis &c.

Nulla itaq; modo purgantia Chymicè præparata si Medicus suo fungatur officio, per se sunt inutilia & pernicio-
sa.

Maiores declarari vberiore distributione operationum singularium potest, siue destillando fiant, siue sublimando,
repurgando, soluendo, coagulando, extrahendo variis modis per digestiones cum, aut sine coctura &c. Nam in omnibus
non quidem omnia omni modo elaborantur, sed qualibet suo, adeo vt quæ ignem ferunt, & purgantibus potentias per eum
magis promunt, etiam reuerberatione & aliis rectè procurantur: attamen omnia commode & vtiliter. Minorem præ-
buit & adhuc probat experientia, vt extractum Rhabarbari pridem Reges India prælarum inuenerunt, vt & Marinus
Mesæ interpres &c. Probabimus autem etiam adhuc ad luitum Censoris. Quod autem vulgares officinæ in ex-
tractis istiusmodi magis spectent nomen & lucrum, & turpi inscitia forde peccent, id ad artem non redundare
debet, cuius opera per se non sunt nisi artificiosa. Scimus quid rectè paratum extractum sennæ, & garici,
Rhab. mechocanæ, scammonicæ, veratri, esulæ &c. queant, nec opus est nobis cadauerosa Parisiensium
Censura. Hinc multa in officinas vulgares sunt assumpta non tantum ex genere simplicium, sed & com-
positorum, vt testantur catholica purgantia & alia in pharmacopœis rerum publicatarum. Secundus syllo-
gismus de purgantibus, tam maiorem, quam maiorem nunquam potest probare, siue peritioe principij
Demonstra Censor, & proritantia non sunt vere purgantia: demonstra & purgans verum tam sapientia sit, vt
purgat

*De his mo-
debimus ex-
ampliariter
in tertio par-
te commen-
tarii.*

*Purgantia
proritantia.*